

Tertius

Propositio xxiiij.


Quo loco causa inequalitatis dierū propter ineqna litatem ascensionum apud horizontem obliquum proueniens incipiat vel desinat: quantaq; sit diffe rentia tota ex hoc collecta ostendere.

Cocus ille s; m varietatem horizontium varius est: in omni tñ regione ante tropicum estiualem: et post tropicū biemalem deprehēdere. **I**bi enim est inceptionis principiū: vbi unus gradus ecliptice cum uno gradu equinoctialis oritur. Id igitur per tabulam ascensionum obliquarū horizontis tui deprehendas. Vide itaq; quāta sit portio ecliptice inter hec duo loca: et quanta sit huius portionis obliqua ascensio: harum differētia est ea quam queris. Quantum autē ex hac causa sola: dies mediocres addūt super differentes per portionem ecliptice: in qua est aries: Tantū differentes addūt super mediocres per reliquam portionem eclipticam. **E**x hoc p̄stat q; dies differentes maiores addunt super dies differentes minores duplum collecte differentie: quantum prouenit ratione huius cause. Nam est iam q; differentia sic inuenta: augmentum diei solsticialis super diem equinoctialis excedit: p̄ opterea q; locorum in quibus inequalitatis huius est incepio: et finis unus est ante tropicū estiualem: alius post tropicū biemalem. Propterea itaq; q; hec causa varia sit s; m horizontium varietatē. Sed causa diversitatis dierum: que est propter inequalitatem ascensionum rectarum: que fiunt respectu circuli meridiei est una in omni regione. Cōmodius igitur est vt dies initium sumant ab instanti quo sol in meridiano fuerit.

Propositio. xxv.

Binctū in quarta ecliptice apud quod plurimū dif ferentie est inter arcum ecliptice eo terminatū ex ascensione suani rectam determinare.

Sit quarta ecliptice a principio arietis ad principium cancri. b.a. quarta equatoris sibi conterminalis. b.g. quarta colu ri distinguenteris duo solsticia. d.a.g. polus equinoctialis. d.erit g.a. maxima declinatio. complementā autē eius erit. a.d. Inter sinum arcus g.d. et sinū. d.a. sit medio loco proportionalis sinus: cuius arcus sit. d.n. per n. eat circulus paralellus equinoctiali: secans arcū ecliptice in e. Dico. e.p̄ etū quesitū esse. Nā duco quartā. d.e.l. que secet equinoctiale in l. sumāq; ab utraq; parte. c.p̄cta ad libitū: et fint. z. et. b. p que vadant q̄rte. d.z. k. d.b.t. Ab. e. veniāt duo arcus: v.z. e. m. pp̄edicularis super. d.z. et. e. n. pp̄edicularis sup. b.t. Probandum est q; differentia. e.b. super. b.l. est maior: q; differentia. z.b. super. b.k. etiam maior: q; differentia. b.b. super. b.t. Primum sic ex theorema tibus Hebrei: Quia. e.m. et. l.k. cadunt orthogonaliter super. d.k. ergo p̄o portio sinus. l.k. ad sinum. e.m. est sicut p̄oportio sinus d.l. ad sinū. d.e. Sed hec ex hypotesi est sicut p̄oportio sinus. d.c. ad sinum. d.a. Et p̄oportio sinū d.z. ad sinum. d.a. maior: est p̄oportione sinus. d.e. ad sinum. d.a. quare p̄o portio sinus. z.d. ad sinum. d.a. maior: est proportione sinus. l.k. ad sinū. e.m. Sed p̄oportio sinus. z.d. ad. d.a. est sicut p̄oportio sinus. z.e. ad sinum. e.m. q; d.a. et. e.m. sint perpendicularares super. z.a. et. z.d. Igitur p̄oportio sinus z.e. ad sinum. e.m. maior: est proportione sinus. l.k. ad sinum. e.m. quare sinū arcus. e.z. est maior: sinū arcus. l.k. Et cum utraq; eorum sit minor: quarta cir



Liber

culi: erit arcus.c.3.maio: arcu.l.k. Sed arcus.e.b.est maio: arcu.b.l.sicut.e.d.est maior.d.a.tiam.3.b.est maior.b.k. Ideoqz excessus.e.b.super.b.l.maior: est qz excessus.3.b.super.b.k.quod est primū. Secundum sic: Quia pro portio sinus.l.t.ad sinum.e.n.est sicut proportio sinus.l.d.ad sinum.d.e.sicut sinus.d.e.ad sinū.d.a.hec aut̄ maior: est proportione sinus.b.d.ad sinū.d.a. Sed proportio.h.d.ad.d.a.sinum est sicut sinus.b.e.ad sinum.e.n.igit̄ proportio sinus.l.t.ad sinum.e.n.maior: est proportione sinus.b.e.ad sinum.c.n. Igit̄ cum arcus sint minoris quartis.l.t.arcus maior: erit arcu.e.b. Sed b.b.est maior.b.t.etiam.e.b.maior.b.l.igit̄ differentia.b.b.super.b.t.est minor: differentia.e.b.super.b.l.quare patet secundū. Igit̄ arcus.e.b.est ille qui plurimū suam rectam ascensionem excedit. Invenimus aut̄ arcum.d.e. esse.73.9.13.m.et.e.l.16.9.47.m.hinc arcum.b.e.46.9.15.m.t arcum.b.l.45.9.45.m.et excessum.b.e.super.b.l.duū gradū et medij.

Propositio xxvi.



Arcus eclyptice plurimū a sua ascensione recta differens cum sua ascensione recta quartā circuli perficit dum a punto equalitatis initium sumat.

Ut in figura sit arcus eclyptice.b.e ille qui plurimū ab ascensione recta sua differat: scz.b.l. Dico aggregatum ex.e.b.et.b.l. quartam circuli fieri trahitur ex demonstratis Ailei. Sit in coluro solstitiali.g.d.k.punctus medius inter.g.et.a.ct.k.3.sit quarta circuli. erit.d.3.medietas maxime declinationis.quia ex Aileo trahitur: qz: propo rtio quadrati sinus.3.d.ad quadratum sinus.d.k.sit sicut proportio sinus excessus.e.b.super.b.l qui est.e.m.ad sinum aggregati.e.b.et.b.l. Quantū igit̄ sin⁹ aggregati ex.e.b.et.b.l.est maior:tanto sinus.e.m.est maior:sed non potest esse maior: sinu toto. igit̄ quando.e.b.et.b.l.perficiunt quartam circuli.e.m.erit maximus:quod est propositū. Vel sic: In figura superioris sinus.e.b.ad sinum.b.l.sicut sinus.e.d.ad sinū.d.a. Sinus aut̄.e.d.ad sinū.d.a.exposito sicut sinus.l.d.ad.sinū.d.e. Sed sinus.l.d.ad sinum.d.e.sicut sinus.l.g.ad sinum.e.a. igit̄ quod fit ex sinu.b.e.in sinum.e.a.equale est ei quod fit ex sinu.b.l.in sinū.l.g. Illud vero esse nequit:nisi.b.e.sit equalis.l.g. et.b.l.equalis.e.a. In duobus enim trigonis orthogonis equalib⁹ sup una basi constitutis:necessere est ut duo latera vnius sint equalia duobus lateribus alterius. Sunt enim inscriptibiles eidem circulo: alias sequentur per.30.tertij impossibile contra.16.primi. Et cum sint equales per.39.primi erunt inter linea eq̄distātes.hinc ex angulis coalternis.25.et.28.tertij patebit ppositū.

Propositio xxvii.

Causa inequalitatis dierum propter inequalitatem ascensionū rectarum proueniens iuxta puncta media in quartis: quas puncta principalia terminant incipit: atqz iuxta punctum sequētis quarte mediū desinit: Totaqz differentia cum collecta fuerit: ad quinque gradus pertinet.

Ibi enim est inceptio hec: vbi unus gradus equinoctialis cum uno gradu eclyptice oritur in sphera recta. Hoc aut̄ contingit circa.16.tauri.14.leo nio: et punctis bis oppositis: ut numeratio indicat. Sed portio a.16.tauri in



Tertius

14.leonis:que est.88. $\text{g}.$ oritur in sphera recta cum.93.gradibus equinoctialis:propterea differentium dierum super mediocres differētia:cum collecta fuerit:quinq^z perficit gradus. Item portio a.14.leonis in.16.scorpij:que est 92. $\text{g}.$ oritur in sphera recta cum.87. $\text{g}.$ equinoctialis. quare mediocrum dierum sup differentes differentia cum collecta fuerit:quinq^z gradus complet. Simile accidit in quartis oppositis. Nam ist est: q^z dies differentes maiores supant dies differentes minores ob hanc causam quantitate.10.gradū.

Propositio xxvij.

Eo loco principium additionis dierum differentium super mediocres sit:quantaq^z differentia tota sit ex vtrisq^z causis simul collecta deprehendere.

Ex superioribus ad singulos dies differētias ex vtraq^z causa puenientes collige. Et cum ambe sint addentes aut minuentes super dies mediocres aut ab eis: eas in vnū iunge. Sed cū vna fuerit addens: altera minuēs: minorem de maiori deme. Sed cum vna minuit tantum quantum altera addit: eo loco dies differens equalis est dici mediocri. Si tunc post hoc ambo simul addant: aut vna plus addat q^z alia minuat: sit ibi principium additionis. Si aut post hoc ambo simul minuant aut vna plus minuat q^z altera addat: sit ibi principium diminutionis. Plurimū vō differentie huiusmodi aggregati quo ad additionem repertum est in portiōc: que est a principio scorpij usq^z ad mediū signū aquarij. Sed quo ad diminutionem in portione que est a medio aquarij ad finem libre. Nam in prima vtraq^z differentia est addens: in altera minuens. Et in his differētia ratione inequalitatis solis est.3. $\text{g}.$ z due tertie. Differētia aut ratione in equalitatis ascensionū rectarum est.4. $\text{g}.$ z due tertie: que simul faciunt octo gradus: z tertiam vnius: scz differentia ex vtrisq^z causis collectis. Illud vō quasi medietatem hore facit z decimam octauā partem hore. Quam licet dū negligamus in sole vel in alijs planetis tardi motus:nihil erroris sensibilis fiat: In luna tamen neglecta: propter velocitatem motus eius:sensibilis fit error: eo q^z ad tres quintas vnius gradus fere attingat.

Propositio .xxix.

Ies differētes in mediocres conuertere: z ecōtra.

Con tempore dato tam cursum solis verum q^z mediū numerā. vero cursui eleuationem in sphera recta correspōdente accipe: z eius ad medium motum solis differentia nota. Nā ipsa erit dierum equatio: cuius quilibet gradus z quattuor minuta vnius horā representant. Tempus igitur huius equationis adde super dies differentes: si eleuatio recta cursum medium excederit. Aut minues si ecōtra fuerit: z exhibunt dies mediocres. Si vō dies eōles ad dies diuersos reducere volcs in tempore: similiter cursum verum z equalem numerā. cursui vero ascensionem rectam respondentem accipe: eius ad mediū motum differētia erit dicrum equatio. Luius tempus super dies mediocres aut equales adde: si mediū motus fuerit ascensione maior. vel minue: si ecōtra: z prodibunt dies diuersi seu differentes. Hac via certius deprehēdes qd premissa exposuit. **A**duertendum aut si radix temporis posita fuerit sup principium additionis:hanc differentiam semp addendam fore diebus differentibus: vt ex eis fiant mediocres. semper minuendam a mediocribus: vt


Liber

ex eis siant differentes. Econtra si radix temporis posita sit super principium diminutionis. Exemplum predictorum. Sit verus motus solis in die naturali ab equinoctio. $\text{g}.\text{s}.\text{m}.$ medius vero semper est. $\text{g}.\text{s}.\text{m}.$ fere ascensio respondens vero motui est. $\text{g}.\text{s}.\text{m}.$ differētia huius et mediū motus est. $\text{g}.\text{s}.\text{m}.$ vni gradus equinoctialis: quin tempus conuersa faciunt tertiam vnius minuti hore. Est igitur dies medius maius: die differēte in tercia vnius minuti. Hinc igitur unus dies differens conuersus in mediocres facit mediocrem minus tercia minuti hore. Sed unus dies mediocris conuersus in differentes efficit unum differentem et terciam vnius minuti hore. Ex hoc exemplo habes causam conversionis dierum differentium in mediocres: et econverso.

Propositio xxx.

Pincipium diminutionis dierum differentiū a mediocribus aliter inquirere: Tabulāq; equationis dierum componere.

Tale principium iam ostensum est ēē circa mediū aquarij. Sed supposita fuit aug solis imobilis. nunc vero cū aug solis cōperta est moueri: querendū est hoc principium precisius. Eritq; principiū illud in eo loco circa mediū aquarij: ubi motus solis equalis correspondens vni gradui motus veri fuerit precise equalis ascensioni recte correspondēs vni gradui veri motus solis. Et ante tale punctum principij oportet diem differentem maiorem esse mediocri: et post tale punctū principij oportet diem mediocrem maiorem esse differentē. Sit itaq; in figura ecliptice portio a sectione vernali versus principiū capricorni. b. a. portio equatoris sibi terminalis. p. g. polus mundi. d. Item superficies eccentrici solis in superficie ecliptice sit. h. c. cuius centrum sit. e. et centrū mundi. f. longitudo ppior: ex superioribus constat esse sub capricorni nostro tempore principio: scz sub. a. erit itaq; principium diminutionis dierum differentiū a mediocribus in portione. a. b. sit ipm punctū. n. factoq; m. n. gradu uno: t. n. o. gradu uno. ductisq; lineis et circulis ut in figura: vero motui. m. n. respōdeant eleuatio recta. q. p. et mediū motus. k. h. Sic vero motui. o. n. respōdet eleuatio recta. r. q. et mediū motus. l. k. Oportet si. n. est pūctus principij diminutionis dierū differentiū a mediocribus: q; arcus. r. q. sit maior arcu. l. k. et arcus. k. b. sit maior arcu. p. q. Nam dū dies differēs maius est mediocri: oportet vt additamentū verum maius sit additamento medio. Sed cū dies medius maius est differēte: oportet vt additamentū mediū maius sit additamento yero. Additamentū autē mediū non est aliud nisi mediū motus solis in tempore dato. Additamentū autē yero est ascensio recta que respondet vero motui solis in tempore dato: vt patet ex ratione dierū differentiū et mediocriū. quare oportet vt ante punctū principij diminutionis dierū differentiū a mediocribus: ascensio recta que respondet vero motui solis in tempore dato: sit maius: medio motu solis in eodē tempore. Et post tale punctū sit econverso. Ad inquirendū igitur punctū. n. et cōponendū tabulam equationis dierū: primo cōpone tabulam que ex vero motu solis ab auge dato extrahitur et mediū motus sibi correspondēs. Id fac sim doctrinam datam illi. 16. huius: eius tabule adiutorio facile habebis propositū. Pone. n. finē. 21. gradus aquarij: t. n. m. vnu gradū: similiter. n. o. vnum gradū: et sit aug in principio canceri. Erit igitur. a. principium capricorni. ex tabula distantie mediū motus a vero fiet. l. k. $\text{g}.\text{s}.\text{m}.$ 33. secunda. k. b. $\text{g}.\text{s}.\text{m}.$ 35. secunda. Ex tabula ascensionis recte erit. r. q. $\text{g}.\text{s}.\text{m}.$ 49. se-



Quartus

cunda. q.p. 58.m. 58.secūda. Quia itaqz.r.q.excedit.l.k.etiam.q.p. excedit. k.b. Sunt adhuc dies differentes, maiores mediocribus. erit.n.scz.21.gra/ dus aquarij ante p:incipiu diminutionis quesitū. Itē si ponas. n.21.ç.1ç.m. aquarij:inuenies.l.k. 58.m. 55.secun.r.q. vō. 58.m. 46.secun.q.p. b.k. 58.m 55.secun. Cum itaqz ante puncti. n.iam dies differens maior sit mediocri:z in punto. n.sint equales:q additamēta verum et medium sint equalia: fiat hoc nostro tempore p:incipium diminutionis dierum differentium a medio cribus in. 21.ç.1ç.m. aquarij:quod querebamus. Autabitur tamen successu temporis fm augis mutationem. Habito p:incipio talu:facile compones tabulam equationis dierum. Posui nāqz p:incipium in fine. 21.ç.aquarij. feci deinde arcum. n.m. vnum gradum:post duos:deinde tres cc.ad complemētū circuli. et arcui. n.m. quesui correspondentiam. k.b. et. q.p. inueniqz.k.b. semper maiorem. q.p. Eorum differentiam tabulaui. Nam ipsa est equatio dierum: addenda quidem ad tempus mediocre:vt dies differentes exeat: et a differentibus minuenda:vt tempus mediocre exeat.

**Explicit Liber Tertiis Epitomatis
Sequitur Quartus**

Liber Quartus Motus lune et per Eclypses et per instrumen/ ti medium deprehensionem: sueqz motus diuersam variatio nem demonstrando declarat.

Propositio Prima.



Erum locum Lune in Eclyptica certius p Eclypses lunares qz instrumenta vel considerationes respectu stellarz fixarū aut eclypses solares deprehendi.

Pater quia semidiametrū magnitudinis terre sensibilis est qualitatis respectu distatīe lune a terra. Ideoqz diversitas aspectus in luna contingit: que impedimento est:vt verus eius locus per instrumenta vel considerationes respectu locorum stellarum fixarū aut eclypses solares certus deprehēdi nō semper possit. In eclypsibus vō lunaribus: cum facile per p:incipium et finem medium eclypsis cognoscatur: in medio vō luna sit diametraliter opposita: ex loco solis p priora cognito certus habebit lune locus.

Propositio ii.

Editiōes lune in circulo diuersitatis sue: et in orbe signorum atqz latitudine diuersas videri.

Videmus enī ea sub vna et eadem parte zodiaci nunc tarde nunc velociter: nūc motu mediocre moueri: nec eandem semp sub eadem parte zodiaci seruare latitudinē. Que satis nobis



significant: q̄ reuersio eius in circulo diuersitatis motus equalis est alia a reuersione ipsius in orbe signorū: Et etiā q̄ nodus orbis eius declivis mouetur in eclyptica: hinc & reditiones in latitudine diuersas esse.

Propositio .iiij.



Ta via maiores nostri in circulo diuersitatis atq̄ i orbe signorum reditiones lune deprehenderunt. Quia viderunt motum lune apparente duersum esse: nunc velocem: nunc tardum: nunc mediocrē: Q̄ portuit in circulo diuersitatis sue quattuo: puncta esse: in quoꝝ vno contingat motus lune velocissimus: & in buius opposito tardissim⁹: & in duo bus medijs mediocris. Que quidem p̄acta circulum in quattuo: portiones diuidūt. In prima portione motus lune est a motu velocissimo eius ad mediū p̄imū: & est velox diminutus. In secunda est medius diminutus. In ter tia tardus additus. In quarta mediocris additus. Aspiciētes aut̄ quotidie ad motum lune: scire poterunt: in qua portione circuli sui luna moretur. Ele gerit ergo duas eclypses lunares: in quarum unaquaq̄ luna in eadem portione circuli sue diuersitates eadem motus velocitate mota esset. Vnde conie cturnam fecerunt: lunam in secunda eclypsi redijsse ad punctum sui circuli: in quo fuit in p̄ima eclypsi: & q̄ interuallū tuis inter ambas p̄tineret integras revolutiones in circulo sue diuersitatis: Utq̄ tale spaciū temporis certissime verificatum haberent. Considerauerūt etiam duas alias eclypses lunares: In quibus luna in portione circuli sue diuersitatis priori opposita iterū equaliter mota esset. Inuenieruntq̄ interuallum harum duarum equale in teruallo primarum duarum: & verum motum lune in p̄imo interuallo equalem vero motui eius in secundo interuallo. Hyparchus aut̄ quantitatē hui⁹ interualli reperit. 126007. dies: & horā vnam. & in hoc interuallo fuerunt mē ses lunares. 4267. quod facile per numerum nouiluniorum considerare potuit. Reditiones aut̄ in circulo diuersitatis fuerunt. 4573. quod etiam p̄ motus lune conditionatos tardū mediū velocē & mediū deprehendit. Reditiones vñō in orbe signorū. 4612. minus septē gradib⁹ & medietate fere. Tantū enim sol minuit in. 347. revolutionibus huius temporis: eo q̄ in reditionibus istis processum est in relatione ad stellas fixas. Interuallum itaq̄ dictū diuisum per numerum mensium: ostendit quantitatem vnius mensis lunaris. Itē quia in vnoquoq̄ mense lunari luna circulum perficit: & addit tan tum quantum est motus solis in mēse lunari. Hoc igit̄ totum diuisum p̄ spaciū mensis lunaris: declarabit motum lune mediocrem in vno die. Circulus diuisus per motum in die: ostendet revolutionē motus lune mediocris. Vel ex numero reditionū in orbe signorum: & per interuallum ipsum cognoscere revolutionem vnam in orbe signorum: & motum in vno die. Sic etiam ages de numero reditionū in circulo diuersitatis: multiplicando eum in circulum: & productum diuidendo per dies interualli: & exhibet motus in circulo diuersitatis in vno. Item dicti numeri: scz. 4267. mensium: & 4573. reditionum diuersitatis habent se in proportione. 251. ad. 269. Igitur in. 251. mē sibus lunaribus revertitur diuersitas similis motus: & in tanto tempore sūt 269. revolutiones diuersitatis.

Propositio .vij.

Quartus



Si interuallum duarum eclipsiū priorū fuerit equale interuallo duarum eclipsium posteriorum: tunc ritq; in eclipsi secūda motus lune in eadē portione circuli diuersitatis: et eiusdē velocitatis: in qua fuit in prima. Itē in quarta eadem portione: et eiusdē velocitatis cuius in tertia. Motusq; lune verus in primo interuallo equalis motui lune vero in secundo interuallo: Necesse erit utrūq; interuallum integras reditiones lune in circulo diuersitatis continere.

Habeat luna epicyclum. a. b. g. d. cuius centrum. e. centrum mundi. z. aux. a. oppositum. g. linea per augem. a. e. g. z. due linee contingentes. z. b. et. z. d. erunt duo pūcta. b. et. d. transitus mediocris. Sit luna in prima eclipsi supra. b. in tertia super. p. ita ut duo incessus eius sint diuersi: ut vñ sit cū augmento: alter cum diminutione. Sit tamen in secunda eclipsi motus eiusdem velocitatis cuius in prima: et in portione. a. d. In quarta etiam eiusdem velocitatis cuius in tertia: et in portione. g. b. Sintq; interualla equalia: et veri motus lune in vrrisq; interuallis equalis. Dico q; in secunda eclipsi necessario redierit ad punctum. b. et in quarta redierit ad punctum. p. quoniam si non: sit in secunda in. t. et in quarta in. q. quia igitur interualla sunt equalia: oportet vt. t. b. sit equalis. q. p. et medius motus lune in primo interuallo equalis medio motui lune in secundo. Et quia incessus in. t. et. b. diuersi sunt ab incessibus in. q. et. p. q; vñus est cum augmentatione: alter cum diminutione: Portet ut motus lune verus in primo interuallo differat a motu eius vero in secundo per quantitatem duorum angulorum equationum diuersitatum respondentium arcibus. t. b. et. q. p. huius autē trairū fuit hypothesis. igitcc.

Propositio .v.

Nō inquisitione temporis reditionū lune in diuersitate sua cauendū ab eclipsibus: in quibus luna est prope puncta transitus medijs.

Eligibiores eclipses in hac re sunt: in quibus motus lune verus plurimū differt a mediocri. Id vñ accidit prope pūcta longitudinis longioris et propioris. Hinc autē accommodate sunt et fallaces: in quibus luna est prope transitus medios. Nam si in prima eclipsi fuerit luna prope. d. scz in. m. propter vicinitatem horum pūctoz et minimā motus apparentis varietatē possibile est: ut in secunda eclipsi sit supra. d. in. n. in quo motus eius apparēs nō est sensibilis varietatis a motu eius in. m. Et si in tertia eclipsi sit in. k. punto prope. b. ita vt. b. k. arcus sit eq̄lis arcui. d. n. possibile est in q̄ta eclipsi ut sit in. l. sub. b. ita vt arcus. b. l. sit equalis arcui. d. m. Nos itaq; putabimus lunā in secunda eclipsi redisse ad locum eius quo fuit in prima: et in quarta redisse ad locū eius quo fuit in tertia. Et licet ita sit: vt verus motus interualli primi sit eq̄lis vero motui interualli secundi: propterea q; angulus diuersitatis respondens arcui. k. l. sit eq̄lis angulo diuersitatis respondenti arcui. n. m. et ambo anguli sunt vnius gradus: scz quo ad augmentum aut diminutionem in vero motu: et interualla etiam temporis sint equalia propter arcus. n. m. et. l. k. equalles. tamen in neutro interuallo facte sunt reditiones integre in diuersitate. Similiter fie-



Liber

ret: si in prima eclipsis esset in puncto transitus medijs primo. et in quarta in puncto transitus medijs altero. In secunda aut et tertia in uno duorum punctorum. n. et. k. aut. l. et. m.

Propositio vi.


Editionem lune in latitudine deprehendere.

RConsiderauerunt obseruatorum interuallum duarum eclipsium: in quarum utraqz pars diametri eclipsata vnius quantitatis fuit: et luna in utraqz in eodem punto diuersitatis sue constiterit: et pars eclipsata in utraqz versus septentrionem: aut in utraqz versus meridiem apud unum et cunctem modum fuit. Nam barum conditionem positionem sequetur: ut longitudine lune in prima barum eclipsium a nodo: sit equalis longitudini eius a nodo in secunda earum: et in eandem partem. Ideoqz hoc interuallum continebit reditiones integras lune in latitudine: et centri orbis revolutionis eius in orbis declivi. Inuenit aut Hyparchus hoc interuallum continere. 5458. menses. in quibus fuerunt. 5923. reditiones in latitudine. Diviso itaqz interuallo tempis per numerum reditionum: proveniet tempus reditionis vnius. et diviso circulo per tempus vnius reditionis: proveniet motus lune in latitudine in uno die.

Propositio. viij.

SImotus lune in eccentrico fuerit equalis aut similis motui lune in epicyclo: moueatqz eccentricus ad partem successionis signorum sicut quantitatem excessus medijs motus longitudinis supra medium motum diuersitatis: fuerintqz eccentricus et concentricus eiusdem magnitudinis: et eccentricitas equalis semidiametro epicycli: quicquid diuersitatis sicut unum modorum accidit contingit et reliquum.

Sit concentricus. a. b. g. super centro mundi. d. et diametro. a. d. k. et epicyclus. e. z. super centro. g. sitqz arcus concentrici. a. g. medijs motus longitudinis a puncto. a. in quo dum centrum epicycli fuerat: luna stetit in longitudine longiori epicycli sui. Interea dum centrum epicycli peragat arcum. a. g. luna in epicylo peragat arcum. e. z. Et quia arcus. a. g. est maior: portio de suo circulo qz. e. z. de suo. ideo sit arcus. b. g. similis arcui. e. z. quare sicut positione oportebit centrum eccentrici esse in linea. d. b. ducta. Et motus eccentrici in eodem tempore fiet angulus. a. d. b. qui est excessus anguli. a. d. g. super angulum. e. g. z. Sit ergo. d. b. equalis. g. z. et ducta. b. z. ipsa fiet equalis lince. g. d. per. 54. p. i. mi. Super. h. centro fiat eccentricus eiusdem magnitudinis cum concentrico: qui sit. t. z. cuius longitudine longior. t. Dico itaqz siue ponamus lunam in epicyclo moueri: ita ut centrum epicycli sicut quantitatcm motus medijs in longitudine volvatur super concentrico: et luna in epicyclo sicut quantitatē motus diuersitatis: Siue ponamus lunam in eccentrico moueri sicut quantitatē motus diuersitatis: et cum hoc augem eccentrici seu eccentricum ad eandem partē sicut quantitatē excessus medijs motus in longitudine super motum in diuersitate. Idem semper appetit quo ad motum eius apparentem. Nam quadrilaterū. g. z. b. d. semper est equidistantē laterum. quare angulus. e. g. z. equalis angulo. g. d. b. Sed et. g. d. b. equalis est angulo. z. b. t. ideoqz arcus. e. z. si-



Quartus

milis arcui.t.3.quare sūm vtrūqz modo:ū luna apparebit super puncto:quē
indicit linea.d.3.

Propositio viij.


Bem etiā accidere: si eccentricus & concentricus in/
equaless fuerint. Proportio tamen semidiametroꝝ
eccentrici et concentrici sit sicut proportio distantie
centrorum ad semidiametrum epicycli:seruata ra/
tione motus vt antea.

Sint in figuris diuersis circulus concentricus.a.b.g.super centro mūdi
d. et diametro.a.d.k.sitqz.a.pūctū:in quo centrū epicycli est dum luna est in
auge epicycli. centrū epicycli distet ab.a.per arcū.a.g.epicyclus sit sup cen/
tro.g. & dum cncntrum epicycli peragat arcum.a.g.luna peragat arcum.e.3.
Item in alia.b.t.k.circulus eccentricus alterius magnitudinis super centro
suo.l. & centro mundi.m. & diametro.t.l.p.Sit tamen proportio.t.l.ad.l.m.
sicut.g.d.ad.g.3.dum centrū epicycli est in.a.Sit in figura secunda luna sup
b. & in tempore quo centrū epicycli mouet per angulum.a.d.g.motus sit ecen/
tricus per angulum.b.m.t.cui angulo equalis sit angulus.a.d.b.in pma fi/
gura. In codēqz tempore luna in epicyclo descripsit angulum.e.g.3.cui sit eq/
ulis angulus.t.l.k.quem in eodem describit luna mota ab auge in secunda fi/
gura.Dico q sūm ambos modos luna in codem loco celi appareat. Hoc pa/
tebit si probabimus angulum.a.d.3.equalē esse angulo.b.m.k.quia angu
lus.e.g.3.equalis est angulo.t.l.k.ergo residuus.3.g.d.equlis residuo.m.l.k.
& duo latera.3.g. et.g.d.sunt proportionabilia duobus lateribus.m.l. et.l.k.
igitur per sextam sexti erit angulus.g.3.d.equalis angulo.l.m.k.Sed angu
lus.g.3.d.est equalis angulo.3.d.b.propter equidistantiam linearum.g.3.&
d.b.que sequitur ex hypotesi.igit angulus.l.m.k.est equalis angulo.b.d.3.
Sed et.a.d.b.est equalis.b.m.t.q vterqz sit excessus medij motus in longi
tudine super motum mediū in diuersitate. quare totus.a.d.3.equalis est ton
b.m.k.quod est propositum. Quoniam igitur sūm ambos modos idem con
tingit:& vt postea dicemus:in luna reperta est etiam diuersitas secunda:que
prouenit ex diuersa habitudine lune ad solem: cōmodius est vt hanc p̄imā
diuersitatē lune saluem⁹ p epicyclū & eccentricū:& seruem⁹ diuersitati secude.

Propositio xi.

Proportionem semidiametri epicycli ad lineam in/
ter centrum terre & centrum epicycli per tres ecly/
pses notas patefacere.

Bassumit Ptolemeius eclypses antiquas: quarum p̄ima fuit
in anno primo Nardochei. 29. dieb⁹ trāscitis mensis Thubis
egyptiorum:cuius mane fuit tricesimus dies Sole existente in
24. g. & 30. m. pisciū ante mediā noctē in alexādria:trib⁹ horis:& tertia bore.
Secunda fuit in secundo anno Nardochei trāscitis. 18. diebus mensis thubis
cuius mane fuit. 19. dies:in qua eclypsati fuerunt a parte meridiei tres digi
ti:in babylonia quidem in media nocte:sed in alexandria ante medium no/
ctis medietate & tertia bore:quibus orbis meridiei alexandrie precedit orbē
meridiei babylonie: sole tunc in. 13. g. & medietate & quarta gradus piscium
existente. Tertia quoqz fuit in anno secundo Nardochei: trāscitis nouem
diebus mēsis chamant egipcijs:eo mane fuit decimus quo luna eclypsata est.



Liber

plus medietate a parte septentrionis ante mediū noctis: In alexandria ho-
 ris quattuo: et tertia hore: Sole tunc in tertio gradu et quarta viii° signi vir-
 ginis existēte. Verus itaqz motus solis in interuallo pme et secūde eclipsis
 fuit. 543. g. 15. m. et lune totidem post reuolutiones integras. et in interuallo
 secūde et tertie. 169. g. 30. m. Interuallum vo inter primā et secundā fuit. 354
 dics: due hore: et medietas di:rum differentium: sed mediocres addūt quin-
 decimā partem hore. Interuallum inter secundam et tertiam fuit. 170. dies.
 20. hore: et medietas dierum differentium. sed reductum ad dies mediocres
 facit. 170. dies. 20. horas: et quintam hore. Notus vo equalis in diuersitate
 in primo interuallo est per tabulas post reuolutiones integras. 306. partes
 et. 25. m. Sed motus equalis in longitudine est. 345. g. 51. m. Itē in interual-
 lo secundo motus eglis in diuersitate est. 150. g. 26. m. In longitudine. 170.
 partes et. 7. m. Manifestū est igitur q̄ motus diuersitatis in primo interual-
 lo addit motui lune medio in longitudine. 3. g. 24. m. Sed motus diuersita-
 tis in secūdo interuallo minuit ex medio motu in longitudine. 37. m. Descri-
 bamus itaqz epicyclum lune. a. b. g. super centro. k. et sit. a. locus lune in me-
 dio prime eclipsis. b. locus lune in medio secūde. g. vo tertie. et sit motus lu-
 ne a puncto. b. versus. a. et ab. a. versus. g. prout modus epicycli postulat. crit
 igitur arcus. a. g. b. 306. graduu. 25. m. addens ad motum medium in longi-
 tudine. 3. g. 24. m. et arcus. b. a. g. erit. 150. g. 26. m. minuens a medio motu in
 longitudine. 37. m. q̄re arcus. b. a. 15. g. 35. m. necessario minuet a medio motu
 longitudinis. 3. g. 24. m. Ideoqz arcus. a. g. 90. g. 51. m. addet supra motum
 mediū in longitudine. 2. g. 47. m. Ex hoc necessarium est: vt longitudo pro-
 pio: epicycli non sit in arcu. b. a. g. propterea quia minor: est medietate circu-
 li: et minuit ex motu medio in longitudine. In eo enim oportet lunam sūm su-
 cessionem signorum moueri. **F**iat igit̄ figuratio: vt in his rebus figura sit
 centrum quidem. d. o: bis signorum. linea transiens a centro mundi per cen-
 trum epicycli et suas longitudines longiorē et proprio: ē sit. d. m. k. l. m. quidē
 longitudo propior. l. longior. propositum est ex his inuenire proportionē li-
 nec. l. k. ad linea. k. d. Ductis lineis. d. e. b. d. a. d. g. a. e. a. g. et super. a. d. per-
 pendiculari. e. z. et super. d. g. perpendiculari. e. b. et super. a. c. perpendiculara
 ri. g. t. Quia angulus. 3. d. e. est. 3. g. 25. m. ideo nota est proportio. d. e. ad. c. z.
 et angulus. g. e. a. notus propter arcum. b. a. notum. Hic residuus angulus
 intrinsecus. e. a. d. notus. Ideo proportio. a. e. ad. e. z. nota. q̄re p: oportio. d. e
 ad. a. c. nota fiet. Itē quia angulus. g. d. e. est. 37. m. ideo proportio. d. e. ad. e. b
 nota. et angulus. b. e. g. extrinsecus propter arcum. b. a. g. notus est. ideo resi-
 duus intrinsecus. e. g. d. notus. quare proportio. h. e. ad. e. g. nota. Ideoqz et
 p: oportio. d. e. ad. e. g. nota. Item quia angulus. a. e. g. notus est p: opter arcū
 a. g. datū: nota fiet proportio. e. g. ad vtrāqz. g. t. et. t. e. ergo et proportio. d. e.
 ad lineas. g. t. e. t. et. t. a. nota. quare etiam proportio eius ad lineam. a. g. no-
 ta fiet. Est igit̄ triangulus. a. e. g. noto: um laterū in partibus quibus. d. e.
 est nota. Sed et. a. g. est chorda arcus. a. g. noti. ideo nota fiet semidiame:cter
 epicycli in ptib⁹ quib⁹. d. e. est nota ex semidiame:tro epicycli. et. e. g. in eisdē
 partib⁹ quib⁹ notis. a. e. nota est nosce:chorda arcus. e. g. idco arc⁹. e. g. not⁹.
 binc totus. b. a. e. scz. 159. g. 11. m. notus: et sua chorda. b. e. quam reperit mino-
 rem diametro epicycli. Ideo certus fuit: q̄. k. centrū epicycli esset extra por-
 tionem. b. a. e. Erit itaqz tota. d. b. nota in partibus tam. d. e. q̄z semidiame:tri
 epicycli. Sed quod fit ex. b. d. in. d. e. equale est ei quod fit ex. l. d. in. d. m.
 cui si iungeris quadratum. k. m. exhibit quadratum. k. d. Ideo proportio. l. k.

Quartus

ad k.d. nota fiet: que querebatur. Inuenit autem l.k. esse. c. partium. 13. m. qui, bus. k.d. est. 60.

Propositio x.


Istantiam lune ab auge epicycli in qualibet trium dictarum eclipsis: locumq[ue] lune sive medium cursum elicere.

Dicitur in figura superiori: i epicyclus. l.b.m. super centro. k. et linea a centro mundi ducte. d.m.k.l. et. d.e.b.b. quidem locus lune in secunda eclipsi sit. k.n.s. perpendicularis super. b.e. et ducta. b.k. quia in premissa proportio. d.e.ad.e.b.notam. et. e.n.est medietas. e.b. Etiam proportio. d.e.ad.d.k. data fuit. igitur nota erit proportio. d.k.ad.d.n. quare notus erit angulus. d.k.n. quare et residuus. k.d.n. qui est angulus diversitatis medijs loci lune a vero in eclipsi secunda. ideo notus erit medijs locis lune in ea. Sed angulus. d.k.n. notificat arcum. m.s. ergo residuus de semicirculo scilicet. l.b.s. notus. Sed. b.s. est medietas. b.e. arcus: ergo nota. ideoque residuus. l.b.s. distantia lune ab auge epicycli in secunda eclipsi nota. Inuenit autem. 12. g. 24. m. et angulus. k.d.n. 59. m. hinc locum lune medijs. 14. g. 44. m. virginis ex his trahes. et radices alias facile quere.


Propositio xi.

Quod premissae proposuerunt per alias tres eclipses indicare.

Che tres eclipses a Ptolemeo subtiliter in alexandria considerate sunt. Prima fuit in. 17. annoz. Adriani. 20. diebus mensis Tegni egyptiorum transactis: cuius mane fuit vigesimus primus: cuius tempus fuit ante medium noctis medietate bore et quarta. et fuit tota luna eclipsata sole in. 13. g. et quarteta vnius tauri. Secunda fuit in anno. 19. eiusdem: duobus diebus mensis Signach transactis: cuius mane fuit dies tertius. Medium huius eclipsis per considerationem fuit ante medijs noctis hora una. et eclipsata est in luna a parte septentrionis medietas et tertia diametri eius: sole in. 25. g. 10. m. lib: e. Tertia fuit anno. 20. annorum Adriani: transacto. 19. die mensis Horiche egyptiorum: cuius mane fuit vigesimus. et fuit medietas huius eclipsis post medijs noctis. 4. horas. et eclipsata est medietas diametri lune a parte septentrionis: sole in. 14. g. 5. m. pisecum. Angulus itaque verus solis et lune post integras revolutiones in primo interuallo fuit. 161. gra. 55. mi. In secundo interuallo. 138. gra. 55. mi. Interuallum primi annus egyptiorum: et. 166. dies. 23. horae: medietas et quarteta horae de tempore differenti. Sed de tempore mediocri fuerunt ultra. 23. horas medietas et octava hora. Interuallum secundi annus unus: et. 137. dies. 5. horae de tempore differenti. sed de mediocri tempore ultra quinque horas medietas horae. Medium autem motus in diversitate in primo interuallo sive numerationem habetur. 110. gra. 21. mi. In secundo interuallo. 81. gra. 36. mi. Et medium motus lune in longitudine in primo interuallo. 169. gra. 37. mi. In secundo autem interuallo. 137. gra. 34. mi. Manifestum est igitur: quod motus diversitatis in primo interuallo minuit ex medio motu in longitudine. 7. gra. 42. mi. Et motus diversitatis in secundo interuallo addit super medijs cursum in longitudine gradum et. 21. mi. Figuremus nunc circulum. a.b.g. epicyclu lune. locus lune in medio prime eclipsis sit. a. secunda. b. tertie. g. et sit motus lu



Liber



ne ab.a.in.b.et a.b.in.g.put epicycli positio postulat. critqz arcus.a.b.110.
 g.21.m. minuens ex medio motu. 7.g.42.m. Et arcus b.g.81.g.36.m. addes
 medio motui gradum vnum: et 21.m. ergo arcus.g.a. residuus de circulo: scz
 168.g.3.m. erit addens sup mediū cursum in longitudine. 6.g.21.m. Ideoqz
 oportet vt longitudo longior: epicycli sit in arcu.a.b. eo q̄ non potest esse in
 arcu.b.g. nec in arcu.g.p: opterea q̄ vterqz eoz sit minor: semicirculo: et ad-
 dens. Q̄ portet enī in arcu minore semicirculo: in quo est longitudo longior:
 lunam moueri contra successionem signorum. ¶ Siat igit fm hoc figuratio
 d.cetro orbis signor. ductis lineis. d.e.a.d.b.d.g.b.g.e.b.e.g. et.e.b. perpe-
 diculares sup. d.g. et.e.3. perpendiculari sup. d.b. et.g.t. perpendiculari sup
 e.b. Quia itaqz in triangulo. e.d.3. rectangulo angulus. d.est not. ideo pro-
 portio. d.e.ad.c.3. est nota. Similiter in triangulo. b.c.3. angulus. b.est no-
 tus p: opter extrinsecum. a.e.b. et intrinsecum. e.d.b. notos. Ideo proportio
 b.e.ad.e.3. nota. Sed iam fuit proportio. d.e.ad.e.3. data: nota fiet igit pro-
 portio. d.e.ad.e.b. Similiter in triangulo. e.d.b. rectangulo propter angu-
 lum. d.notum: nota fiet proportio. d.e.ad.e.b. Et in triangulo. g.e.b. notus
 erit angulus. g. propter extrinsecum. a.e.g. et intrinsecum. e.d.g. notos. ideo
 nota erit proportio. g.e.ad.e.b. Sed iam d.e.ad.e.b. nota fuit. quare nota
 erit proportio. d.e.ad.e.g. Item propter angulum. b.e.g. notum in triangu-
 lo. e.g.t. nota erit in partib⁹ quibus. d.e. nota fuit. Ideo et residua. t.b. Et ex
 g.t. et. t.b. dabitur. b.g. nota. Sed ex arcu.b.g. nota fiet chorda. b.g. respectu
 partium semidiametri epicycli. ergo et eodem respectu nota fiet. e.g. quare
 arcus. e.g. datus. Hinc totus. b.g.e. notus. quare et residuus. e.a. notus fiet:
 quem inuenit nonagintaquinqz graduum: sedecim minutorum: quinquagin-
 ta secundorum. Ex quo manifestū fuit: q̄ centru epicycli cecidit in portione
 a.b.c. Sit itaqz. k. centrum epicycli. ducta linea. d.m.k.l. per. m. longitu-
 nem propiorem: et l. longitudinem longiorem. Jam mediante cho:da. e.g.
 aut. b.g. nota erit proportio. d.e.ad.e.a. ergo tota. d.e.a. nota erit in parti-
 bus semidiametri epicycli: et etiam. d.e. in eisdem. Sed quod fit ex. a.d. in
 d.e. cum quadrato semidiametri epicycli est equale quadrato. k.d. Ergo pro-
 portio. l.k.ad.k.d. nota erit: quod est propositū. Sic inuenit. l.k. cſie quinqz
 partes: quattuor decim minutā: dum. d.k. est sexaginta: quod vicinum est in-
 uentioni et eclipsis antiquis. Distantiam autē lune ab auge epicycli: et ra-
 dicem medi⁹ motus lune in predictis: similiter reperit in forma simili p:io-
 ri:ducendo lineam. k.n. scilicet perpendicularē super. d.e.a. ductaqz linea
 a.k. Quia iam nota fuit proportio. d.e.ad.e.a. et.e.n. est medietas. e.a. ergo
 nota erit propo:tiō. n.d.ad.d.k. ergo notus erit angulus. d.k.n. et eius ar-
 cus. m.e.s. quare totus. m.s.a. notus erit. Ergo et residuus. a.l. qui est dista-
 tia lune ab auge epicycli. medio in prime eclipsis: ex quo cognoscuntur
 et arcus. l.b. et. l.g. Inuenitur autē arcus. a.l. quadragintaquinqz graduum
 quadragintatrium minutorum: et. l.b. sexagintaquattro: graduum: trigin-
 ta octo minutorum. et. l.b.g. centum quadraginta sex graduum: quattuorde-
 cim minutorum. Item ex. d.k.n. note: notus fuit residuus angulus: scilicet
 n.d.k. quem inuenit trium graduum: viginti minutorum. Per hunc cognos-
 uit locum lune medium. nouem gradus: quinquagintaquinqz minuta scor-
 piij in prima eclipsi. In secunda autem vigintinouem gradus triginta mi-
 nuta arietis. In tertia autē decem et septē gradus: quatuor minuta virginis.

Quartus

Propositio .xij.

Estantatem mediorū motū lune in longitudine et diversitate ex eclipsibus prefatis certificare.

Con secunda trium eclipsium antiquarum locus lune mediū fuit. 14. g. 44. m. virginis. Locus mediū in diversitate. 12. g. 24. m. ab auge epicycli. In eclipsi autē secunda trium posteriorum locus lune mediū fuit. 29. g. 30. m. arietis. et locus mediū in diversitate. 64. g. 38. m. ab auge epicycli. Interuallū autē inter has duas eclipses continet. 84. annos egyptios. 73. dies. 23. horas: et medietatē vni⁹ hore de tempore differēte. sed de equali. 23. ho:as: et tertia vni⁹ hore. In quo p̄siderationes ultra integras reditiones mediū motus lune in longitudine fuit. 224. g. 46. m. et mediū motus in diversitate. 52. g. 24. m. Sed in predicto tempore sūm numerationē mediū motus in longitudine fuit ultra reditiones integras. 224. g. 46. m. S3 in diversitate. 52. g. 51. m. Concordat itaq; motus in longitudine sūm numerationē cum motu in longitudine sūm obseruationem. Sed in diversitate differunt in. 27. m. Ideoq; hec. 27. m. per dies interualli diuisa ostendit: quantum motui diversitatis in uno die prius tabulato foret detrahendum: ut motus diversitatis in uno die correctus habetur. Simili via Albategni securitudo suo tempore inuenit motum mediū diversitatis a Ptolemeo positum maiorem eē motu medio diversitatis: quē ipse per eclipses reperit. Et differentiā per numerum dierum inter Ptolemeum et suam obseruationem intercedentium diuisit. et quod eruit: abstulit a motu diversitatis in die posito in Ptolemeo. Motū vo longitudinis cuncti inuenit quē Ptolemeus: nisi q̄ addidit ei quod motui solis addiderat: illius enim lunationis equalis tempus accepit.


Propositio .xij.

Adices mediū motus lune in longitudine et diversitate ad principium datum ex eclipsibus firmare.

Celut Ptolemeus volens ad principium annoz nabuchodonosaris radices has figere: considerauit interuallū inter principium hoc et medium eclipsis secunde trium eclipsiū antiquarū: videlicet que fuit in secundo anno Mardochei. 18. diebus mensis Tbus egyptio:ū transactis: ante medietatē noctis per hore medietatē et tertiam. Fuitq; interuallū. 27. anni egyptij. 17. dies. 11. hore et sexta vnius hore: tam de tpe differēte q̄ mediocri. In quo quidē tpe mediū motū lunc in longitudine habet numeratione. 123. g. 22. m. in diversitate. 103. g. 35. m. q̄ diminuta a loco mediū motū lune in longitudine et diversitate in hora secunde eclipsis relinquit radices motū medioz lune ad principiū annoz Nabucbo. in longitudine qdē. 11. g. 22. m. tauri. In diversitate. 268. g. 49. m. Ideoq; lōgitudo inter sole et lunā media tūc fuit. 70. gra. 37. m. vt ex radice mediū motus solis habetur ex. 21. tertij huius.



Propositio .xiiij.

In luna in eccentrico positione superius dicta moue retur: proportionem semidiametri eccentrici ad distantiam centrorum: ceteraque que superius expressa sunt elicere.



Liber

CPositio fuit in septima huius: etiā in octaua expressa: q̄ mot⁹ lune in ecen
 trico esset sūm proportionē motus lunc in epicyclo. Ita tñ vt aux ecētrici mo
 ueref sūm successionē iuxta proportionē quātitatis excessus medi⁹ motus lu
 ne in lōgitudine super medi⁹ motū eius in diuersitate seu epicyclo. Sit nūc
 ea nobis positio. volumus inuenire eccentricitatē lunc per eclipses tres anti
 quiiores: de quib⁹ in nona facta est mentio. Sit itaqz ecētricus lunc. b. a. g. e.
 super centro suo. k. in quo sit centrum mundi. d. Querimus distantiam. k. d.
 Locus lunc in eccentrico in prīma eclipsi sit. a. in secunda. b. in tertia. g. du
 ctis lineis. b. d. e. ad. g. d. a. g. g. e. et perpendicularibus. e. z. super. a. d. e. h. sup
 g. d. et. g. t. super. a. e. Quoniam in interuallo primo verus motus sūm longi
 tudinē est. 349. gra. 15. m. medius aut. 345. gra. 51. m. et medius in diuersitate
 est. 306. gra. 25. m. In secūdo vo interuallo verus motus sūm longitudinem
 est. 169. gra. 30. mi. Medius aut. 170. gra. 7. mi. et medius in diuersitate. 150.
 gra. 26. mi. Ergo motus augis eccentrici in primo interuallo fuit. 39. gra. 26.
 mi. scz excessus medi⁹ motus in lōgitudine super medi⁹ in diuersitate. Sed
 in secūdo interuallo fuit. 19. gra. 41. mi. Ideoqz motus diuersus in eccentrico
 in primo interuallo fuit. 309. gra. 49. mi. Nam motus verus lunc in lōgitu
 dine sūm positionē excedit motū diuersum in eccentrico tanto: quāto medius
 motus lōgitudinis excedit medi⁹ motū diuersitatis: vt patet ex figura septi
 me huius. Et motus diuersus in eccentrico in secūdo interuallo fuit. 149. gra.
 49. mi. simili ratione. Arcus itaqz. a. b. g. est. 308. gra. 25. mi. Sed arcus mo
 tus diuersi sibi correspōdens: scz. q. s. p. eccentrici sup. d. fiet. 306. gra. 49. mi.
 q̄re residuus de circulo. 30. gra. 11. mi. et est angulus. b. d. a. Itē arcus. b. a. g.
 est. 150. gra. 26. mi. Sed arcus motus diuersi sibi correspōdens fiet. 149. gra.
 49. mi. et est angulus. b. d. g. Nunc pcessus est similis ei qui dictus est in. 14.
 tertij huius. Ex angulo. b. d. a. nota fiet proportio. d. c. ad. e. z. Item ex arcu
 b. a. et suo angulo. a. e. b. et extrinseco. b. d. a. nota fiet pportio. a. e. ad. e. z. Sed
 iam fuit. d. c. ad. e. z. nota. ideo p:portio. a. e. ad. e. d. nota fiet. Item ex angu
 lo. b. d. g. nota fiet pportio. d. e. ad. e. h. Sed ex arcu. b. g. suoqz angulo. g. e. b
 et extrinseco. b. d. g. nota erit p:portio. g. e. ad. e. b. Sed iam. d. e. ad. e. h. no
 ta fuit. ideo pportio. g. e. ad. e. d. nota fiet. quare et. g. e. ad. e. a. dabif. **P**re
 terea ex arcu. a. g. et suo angulo. g. e. a. nota fiet proportio. e. g. ad. g. t. etiā ad
 t. e. quare ad residuam. t. a. hinc ex. g. t. et. t. a. nota fiet proportio. e. g. ad. g. a
 Sic triangulus. a. g. e. est notorū laterum respectu partium. d. c. note. Sed
 et arcus. a. g. notus: quia excessus. b. g. super. b. a. ergo ex chorda. a. g. nota
 erit. d. e. et. a. e. vel. g. e. in partibus quibus. k. m. est sinus totus notus. Igi
 tur arcus. a. g. e. notus. quare et. b. a. e. notus. hinc sua chorda. b. d. e. Et cum
 portio eius. d. e. in eisdem partibus iam nota fuit: erit et residua scz. b. d. in
 eisdem cognita. Sed quod fit ex. e. d. in. d. b. cum quadrato. d. k. est equale
 quadrato. k. m. Ideo notum erit quadratum. k. d. quare p:portio. d. k. ad
 k. l. nota fiet: que querebatur. Q̄ si voles inuenire arcum. l. b. facies illud ex
 trianguli. b. d. k. notis lateribus. Ducta enim perpendiculari super. d. b. erit
 e. n. equalis. n. b. Ideo. d. n. nota. Sic ex. k. d. et. d. n. nosceſ angulus. n. k. d.
 ideo residuus ad complementum recti. n. d. k. notus.



Eiusmodi in eccentrico possumus invenire quātutē motus lunc in
 eccentrico. ut in eccentrico possumus invenire quātutē motus lunc in
 eccentrico. ut in eccentrico possumus invenire quātutē motus lunc in



Quartus

Propositio xv.

Gratitatem medij motu lune in latitudine rectificare.

Cad id sumende sunt eclipses lunares due sic conditionate: per quantitas eclipsata de diametro sit una: et fiant apud cunctum nodum: et ex eadem parte: scilicet septentrionis aut meridiei. et quod luna in epicyclo sit in loco uno pene. sic enim fiet ut distatia lune a nodo in ambabus sit una: et in interuallo integre redditio- nis facie sint. Assumpsit Ptolemeus eclipses duas. Prima fuit in anno 21. annorum Darij primi: tertio die transacto mensis Toc egyptiorum: cuius mane quartus fuit dies: ante medium noctis alexandrie per horam et tertiam unius. Eclipsati sunt de luna a parte meridiei duo digiti. Secunda fuit in nono annorum Adriani: die 17. mensis Adachir egyptiorum: cuius mane fuit dies 18. ante medium noctis alexandrie tribus horis et tertia et quinta. Eclipsata quoque est de luna sexta diametri a parte meridiei. Fuit autem utraque iuxta nodum cau- de. et luna in utraque iuxta longitudines medias epicycli sui. quod sciri potuit per tabulas motus in diversitate iam factas: et radice eius in principio anno Nabuchodonosaris: et differentiā temporis usque ad ambas eclipses. Fuit enim prima eclipsi a principio anno Nabuchodonosaris. 256. annis egyptiis 122. diebus. 10. horis: et due tertie hore de tempore differente. sed de mediocri. 10. hore et quartis. Sed etiam fuit a principio anno Nabuchodonosaris. 871. annis egyptiis 256. diebus. 8. horis: et duabus quintis unis de tempore differente. sed de medio- cri. 8. hore: et medietas sexte unis hore. In prima itaque eclipsi distabat luna a longitudine longiori epicycli. 100. g. 19. m. In secunda. 251. g. 16. m. Ideoque in prima fuit cursus verus minuens ex medio. 5. g. In secunda fuit cursus ve- rius addens super mediū. 4. g. 13. m. Quare in interuallo duarum eclipsium: scilicet in 615. annis egyptiis. 153. diebus. 21. horis: et 50. m. unis. fiet cursus lune in latitu- dine verus per trinæ integras reditiones. sed cursus mediū minuet a vero re- uolutione integrâ: aggregatus ex ambabus diversitatibus: scilicet 9. g. 13. m. sed summa numeratione quam posuit Abramchis in predicto interuallo minuit cursus me- dius in latitudine a vero. 10. g. 2. m. Sit igitur cursus mediū in latitudine in predicto interuallo maior: in 9. m. eo quod assignauit Abramchis. quod divisa per dies interualli: scilicet 224609. fere ostendunt addendum super motu medio latitudinis in uno die posito ab Abramchis: ut crearet cursus rectificatus.

Propositio xvi.

Istantiam Lune a nodo sum cursum latitudinis me- dium atque verum per eclipses indagare: atque radi- cem mediū motus in latitudinem ad principium da- tum firmare.

Assumpsit ad hoc Ptolemeus sciendū eclipses duas. Unā ex eis quam diximus. Secundam trium antiquarum: scilicet quae fuit in secundo anno Mardochei: transactis. 18. diebus mensis Tbus ante mediū noctis alexandrie medietate hore et tertia. In qua eclipsati sunt tres digiti a parte meridiei. Et fuit a principio anno Nabuchodonosaris. 27. annis egyptiis. 17. diebus. 11. horis: et sexta hore de utroque tempore. Et distatia lune a lo- gitudine longiori epicycli sui. 12. g. 24. m. que minuebat a cursu medio. 59. m. Aliā assumpsit: quae fuit in anno. 20. annorum Darij: quod regnauit post philippum. 28. die mensis Tbus egyptiorum: cuius mane fuit vicesimunnon: ante medium noctis

Liber

constituit solis et lune diametros sicut visum eidem angulo subtendi. Luna in sua maxima remotione a terra exente: diametro vero solis nullam posuit variationem propter paruam eius eccentricitatem respectu distantie eius maxime. Albategni autem eclipses a se obseruatas diuersas reperit in quantitate et tempore ab his que ex numeratione Ptolemei ostendebantur. Inquit enim se duas solares considerasse. Quarum prima fuit anno ad Iulianam. 1202. qui est a morte Alexandri annus. 1214. vera quidem coniunctio post dimidiū octauae decimi mensis in Aracta ciuitate per spacium hore temporalis. Eclipsatūq; fuit ex sole plus duab; tertii sicut visum. et sicut numerationē fuit sol motu medio in. 20. g. 54. m. leonis. vero in. 19. g. 14. m. eiusdem. Luna medio motu in. 17. gra. 50. m. leonis. vero cum loco solis. Argumentum lune equatum. 332. gra. 57. m. Argumentū latitudinis medium. 174. gra. 43. m. equatum. 167. g. 41. m. Eclipsis autem medietas: scilicet coniunctio visibilis: veram conjunctionē per octauam fere hore partem secuta. Est ergo tunc argumentū latitudinis equatum. 177. g. 11. m. latitudo vera. 16. in septentrionalis. visa autem 6. m. meridionalis. Secundum numerationē autem Ptolemei fieri debuit: ut eclipsatū plus esset medietate et quarta. et eclipsis medietas per viius hore spacium visa per instrumentū precederet. Secunda fuit anno dicto ante mediam diem. 23. diei mensis Calbat: tribus horis: et duabus tertii viius hore equalis in Antiochia. Eclipsatūq; fuit de sole modico plus medietate sicut visum. In Aracta vero eclipsis medietas ante meridiem tribus horis et dimidia viius equalis. Eclipsatūq; ibidem de sole apparuit minus duabus tertii eius sicut visum. Sol sicut numerationē suam fuit medio motu. 7. g. 9. mi. aquarij. vero autem in. 8. g. 37. m. Luna medio cursu in. 12. g. 49. m. aquarij. Argumentū lune equatum. 126. g. 22. m. Argumentū latitudinis medium. 173. gra. 25. m. equatum vero. 169. gra. 41. m. Visibilisq; coniunctio precessit vera per dimidiū hore. ideo tunc argumentū latitudinis equum. 168. g. 45. m. latitudo vera 79. m. visa autem 10. m. fuit. Secundum Ptolemei vero numerationē sol totus eclipsari debuit: et eclipsis medium post visam a nobis duabus horis fere contingere. Considerauit etiam duas eclipses lunares. Prima fuit anno a morte Alexandri. 1206. die. 23. mensis kemir. Eius medium fuit in aracta post meridiem horis. 8. et modicum plus ex horis equalibus. et eclipsatum de diametro lune modico plus medietate et tertia. Sol per numerationē fuit medio motu in. 5. g. 21. m. leonis. vero in. 4. g. 2. m. Medius lune in. 8. gra. 45. m. aquarij. Argumentum medium. 93. gra. equatum autem. 94. gra. 10. m. Argumentum latitudinis medium. 100. gra. 49. m. equatum vero. 186. g. 51. m. Latitudo lune meridiana. 32. m. fere. Sed sicut Ptolemei numerationē eclipsari debuit medietas: tertia: et octaua pars diametri. Et medium eclipsis tempore visum precedere debuit per dimidiū et quartā hore equalis. Secunda fuit anno. 1224. a morte Alexandri post meridiem secundi diei mensis Ab: horis. 15. et tertia viius fere in Antiochia. Sed in Aracta horis. 15. et tertia et quarta fere. Eclipsatūq; fuit modico minus diametro lune. Secundum numerationem sol fuit medio motu. 16. gra. 10. m. leonis. vero cursu autem in. 14. g. 36. m. Medius lune in. 19. gra. 24. m. aquarij. Argumentum enim equatum 91. gra. 5. m. Argumentum latitudinis equatum. 185. gra. 21. m. Latitudo lune. 28. m. Secundum autem computationē Ptolemei eclipsata esse debuit medietas et tertia tantum. et tempus medie eclipsis fere per dimidiā et tertiam hore viius precessisse debuit. Diciturq; in pluribus alijs eclipsibus lunariis et solaribus dissonantiam inuenisse a numeratis sicut tabulas Ptolemei. Duas tamen iam expositas sufficere voluit ad inquirendam diuersitatis causam:

Quintus

q̄ in utraq̄ earum sol fuerit prope augem eccentrici sui: et luna in longitudine media epicycli sui. et fere eadem latitudo lune fuerit in utraq̄ in eandem partem. Differentia tñ latitudinū erat. 3.mi. 50.secū. Sed differentia partiū eclipsatarum fuit diameter octaua et medietas octauae vnius quarte. Inuenit itaq̄ diametrū lune esse tunc. 33.mi. 20.secun. et semidiametrū vmbre. 45 mi. 30.secun. fere. Consideravit autē proportiones veri motus lune in hora tñ ad quantitatē diametri lunc visualis iam inueniente. et sīm eandem proportionem ex motu lunc vero in hora: luna in auge epicycli in applicationib⁹ existente inuenit diametrum lune in auge epicycli. 29.mi. et dimidij. Similiter sīm eandem proportionem ex motu lunc vero in hora: in opposito augis epicycli inuenit diametrum lune. 35.mi. et vnius fere. existimauit enim proportionem motus lune diuersi in hora ad diametrum visualem esse veluti. 6.ad 6.minus octaua vnius: hoc est. 48.ad. 47. Scōm hāc vbiq̄ posuit ex motu diuerso in hora diametri lune. Proportionē vō semidiametri lune ad semi-diametrū vmbre quā Ptolemeus posuit seruauit: sc̄z. c.ad. 13. hoc est vni⁹ ad duo et tres quintas. Sic semidiametri vmbre in loco transitus lune longiori minorē reperit ea quā Ptoleme⁹ posuit in duob⁹ minutis fere et tertia vni⁹. Diametri quoq̄ solis variationē ponit. Nam in longitudine longiori dicit esse. 31.mi. et tertie veluti Ptolemeus. Ideo infert totū solem a luna nō posse obscurari: vtroq̄ in sua longitudine longiori existente. Consideravit etiam proportiones veri motus solis in hora: dum in longitudine lōgiori fuerit ad banc suam diametrum. et sīm eam reperit diametrum solis in locis alijs: ex vero motu eius in hora: tenēs q̄ motus solis in hora se habeat ad diametrū solis sicut. c.ad. 66. hoc est sicut vni⁹ ad. 13. et quintā. quare solis diameter in longitudine propiori fit. 33.mi. et duarum tertiarum vnius. Sic solis diameter inter suas lōgitudines longiorē et propiorem diuersificat duob⁹ mi. et tertia vni⁹. Deniq̄ vmbre diametri ppter solis accessum et recessum variari ptingit. Nā in loco transitus lune remotissimo: sole in auge eccentrici existente reperit esse. 1. ḡ. 17.mi. Sed sole in auge: luna in longitudine proprio: i. i. gra. 32.mi. Conuenit etiam vt diameter vmbre sole in longitudine propiori existente: minor sit diametro vmbre sole in longitudine longiori existente. i.mi. 40.secun. Ex his igitur Albategni distantia centri solis a centro terre: et longitudine axis vmbre alias inuenit. Nam sīm predicta cū sol et luna in magna eo: um remotione fuerint: diameter lune mino: est diametro solis sīm vi: sum in uno mi. et. 50.secū. Variatio vō diametri lune ab auge epicycli ad oppositū eius est. c.mi. 50.secun. Accipit igit de. 10. partibus et tertia vnius quibus distantia lune a terra variatur ab auge epicycli ad oppositum: partem proportionalem sīm proportiones. c.mi. 50.secun. ad. 1.mi. 50.secun. que sunt tres partes et quarta vnius. quibus ablatis. 64. partibus. 10.mi. sc̄z maxima lune distātia relinquunt. 60. partes. 55.mi. Hec erit distātia lune a terra: cū eius diameter visualis est. 31.mi. et tertie. et tunc semidiameter vmbre iuxta proportionē assignata fiet. 40.mi. 4.secū. Ex his sīm viam premisse reperta est. n.d. sc̄z distantia solis in auge sua. 1146. partes: quibus semidiamet̄ terre est vna. et. n.s. sc̄z lōgitudo axis vmbre tūc. 254. partes de eadē. Itē ex ppor: tione semidiametri eccentrici sol ad distātia cētroy eccentrici sol et terre repit: q̄ eccentricitas sol. 38. ptes ptingat: quib⁹ semidiamet̄ terre est vna. Ideoq̄ fiet distātia solis minima. 1070. ptes et media. 1108. taliū. et q̄ luna totū sole occulat: cū distātia inter ambo eoy cētra: sc̄z linea. t. d. 1085. vicib⁹ semidiametrū terre ptingat: et his pportiōib⁹ quātitatū diametroq̄ atq̄ distātiarib⁹ in ecl.





Liber

psibus solaribus visa respondent: ut dixit Albategni. quo argumento cōclu
dit certas esse dictas proportiones.

Propositio xxij.

Semidiāmetros Solis Lune t vmbre visualcs via
geometrica perquirere.

Presupponende sunt quantitates distantiarū solis t lune t
semidiāmetro:um que contingunt in maximis eorum distan-
tias. Primo itaqz de semidiāmetro solis. Sit igitur distātia so-
lis maxima. n. d. semidiāmeter solis. d. g. ducta. g. n. sitqz maxi-
ma distantia. n. d. vt Albategni ponit. u. 4. 6. partes: quibus. n. semidiāmeter
terre est vna: t angulus. d. n. g. 15. mi. 40. 2. t quia angulus. g. est rectus: no-
ta est igit p: oportio. n. d. ad. d. g. t fiet vt. d. g. sit. c. partes. 13. mi. quib. n. d.
est. u. 4. 6. seu quibus semidiāmeter terre est vna. Sit postea sol vicinior: volu-
mus reperire quantitatē semidiāmetri eius visualis. Id fiet postqz cogno-
ueris distantia eius a terra in partibus quibus semidiāmeter terre est vna.
Ideo sit eccentricus. a. b. g. super centro. e. t centrū terre sit. z. angulus. a. e. b.
datus fiet. z. e. 3. 8. partes: quib semidiāmeter terre est vna: t in eisdē est. a. e.
sive. b. c. uob. Si sit igit ex p: oportione. c. 3. ad. z. k. et. k. e. nota. z. b. in parti-
bus quibus semidiāmeter terre est vna: scz distantia solis a terra: que quere-
baſ. Sit itaqz in figura talis distantia. n. v. t super. v. semidiāmeter solis
v. x. equalis linea. d. g. t tracta. x. n. ita vt angulus. v. x. n. sit rectus. nota igit
erit propo: tio. n. v. ad. v. x. q. n. v. sit distantia solis iam data. t. v. x. sit. c. par-
tes. 13. mi. quare angulus. v. n. x. notus: scz quem subtendit semidiāmeter solis
visualis: quod est propositum. Nūc de semidiāmetro vmbre in loco trāsi-
tus lune sit. n. vt antea centrum terre. Semidiāmeter vo terre sit. n. m. t se-
midia: meter solis. d. g. g. m. continuata concurrat axi vmbre. m. s. fietqz co-
nus vmbre. s. ita tamen vt anguli. d. g. m. et. m. n. s. sint recti: sicut fit in con-
tactu laterum vmbre. Item. n. f. sit distantia lune a terra ex p: o: ibus nota:
in cuius transitu sit semidiāmeter vmbre. f. c. orthogonalis super. n. s. ducta
linea. n. c. querimus quātitatē anguli. c. n. f. quē semidiāmeter vmbre in loco
transitus lune subte: dit. ex. n. d. distantia solis data: t. n. f. distantia lune. Si sit
enī. l. m. equidistans. n. d. erit. d. l. equalis. n. m. ideo. l. g. erit partes. 4. m. 13.
quibus semidiāmeter terre est vna. Sed. g. l. ad. l. m. sicut. m. n. ad. n. s. qua-
re. n. s. axis vmbre cognitus fiet. ideoqz. f. s. nota. Item ex. m. n. et. n. s. nota
fiet. s. m. Verum propter insensibilem errorē poteris. n. s. vti p: o. s. m. Sed
s. m. ad. m. n. sicut. s. f. ad. f. c. ideo. f. c. nota. Similiter p: o: pter insensibile er-
rorē poteris. n. f. sumere loco. n. c. hinc ex. n. c. et. c. f. reperire quantitatē an-
guli. c. n. f. qui querebatur. Sic in maximis distantias sole t luna existentib
fiet semidiāmeter vmbre in loco transitus lune. 40. m. 54. secun. t axis vmbre. 271. partes. 47. m. quibus semidiāmeter terre est vna. Sole vo in auge
eccentrici: t luna in opposito augis epicycli in applicatione cū sole: fiet semi-
diāmeter vmbre. 51. m. 12. secū. Sole in auge: t luna in lōgitudine media epi-
cycli: in applicatione tamen cū sole fit semidiāmeter vmbre. 45. m. 37. secun.
Itē sole in opposito augis eccentrici: t luna in auge epicycli: in applicatione
tamen cum sole fit semidiāmeter vmbre. 40. m. 2. secun. Igitur variatio vmbre
p: o: pter descensum solis ab auge ad oppositū augis eccentrici vmbre inqñ
tum in loco transitus lune in auge eccentrici: t opposito augis epicycli existē
te: est. 52. secun. Sed sole in opposito augis eccentrici: t luna in opposito augis



Quintus

epicycli: semidiameter vmbre est. qo. m. 28. secun. fit ergo propter descensum solis ab auge ad oppositum eius variatio vmbre in loco transitus lunc exsistet in minima distantia ecclipsali. 54. secun. Pro semidiametris lune sicut opus: sicut factum est pro semidiametro solis. Supposita enim semidiametro visibili eius in maxima distantia. 14. mi. 45. secun. fiet in prima figura huius angulus. d. n. g. tantus. ergo proportio. n. d. ad. g. d. nota. Sic dum. n. d. est. 64. partes. 10. mi. erit. d. g. 16. mi. 30. secun. Et cum luna habuerit distantiam minimam: scz. 33. partium et dimidie: quod accidit in opposito augis eccentrici et epicycli. ex. n. v. et. v. x. que est equalis. d. g. repertus angulum. v. n. x. esse. 28. mi. u. secun. Sed mirum est: qd in quadratura luna in opposito augis epicycli existente no tanta appareat: cu tamen si integra luceret: quadruplica oportet apparere ad magnitudinem suam: que apparet in oppositione: cu fuerit in auge epicycli. Habet et alij modu alium: semidiametros lunc et vmbre ex cis que in auge et in opposito per obseruationem reperte sunt inueniendi: de quo dicetur in sexta sexti.

Propositio xxiiij.


Ex data solis aut lune a centro terre distantia: et elongatione eius a polo horizontis: diversitatem aspectus in circulo altitudinis inuestigare.

Repetatur figura. 16. huius. ex angulo. g. k. d. et distantia. k. d. querimus arcum. b. t. Nota enim erit proportionatio. a. k. ad. a. l. et l. k. ideoqz. d. l. nota fiet. qd si vice. d. a. sumcretur: nihil sensibilis erroris fiet. hinc ex. a. d. et. a. l. notus erit angulus. l. d. a. qd est equalis angulo. d. a. z. Sed ipse insensibiliter differt ab angulo: quem. z. t. subtendit in centro. k. ergo. z. t. arcus notus erit. et propter insensibilem quantitatatem. a. k. respectu. e. k. z. t. insensibiliter excedit. b. t. igif. b. t. notus: qui querebatur.

Propositio xxvij.

Tabulas diversitatum aspectuum in circulo altitudinis fabricare.

Ptolemeus in constituendo tabulas huiusmodi: primo supposuit soli eandem distantiam a terra: scz. 1210. partes quibus semidiameter terre est una. Huius quantitatis posuit. d. k. ubiqz et reperit cum angulus. g. k. d. est. 90. gra. arcum. b. t. 2. mi. 51. secu. Deinde fecit pro luna diversitates aspectu in circulo altitudinis quatuor terminorum. Primi termini sunt luna in auge eccentrici et epicycli existente: tunc reperit maximam. 53. mi. 34. secun. Sed secundi termini sunt Luna in auge eccentrici et opposito augis epicycli existente: tunc reperit maximam. 1. gra. 3. mi. 51. secun. Tertijs termini sunt Luna in opposito augis eccentrici et auge epicycli existente: tunc maxima fuit. 1. gra. 19. mi. Quarti termini sunt Luna in opposito augis eccentrici et epicycli existente. tunc fuit omnium maxima. 1. g. 45. mi. K. d. in primo termino fuit. 64. partes. 10. mi. In secundo habet. 53. partes. 50. mi. In tertio. 43. partes. 53. mi. In quarto. 33. partes. 33. mi. Deinde quoqz vt ex his cognosci possit diversitas aspectu in circulo altitudinis Luna extra hos quattuor terminos existente: subtili processit compendio. Et primo qsi centrum epicycli lune sit in auge eccentrici: vt in figura. e. 3. sit. 60. partes: quibus. e. a. semidiameter epicycli est. 5. partes. et. 15. m. Sit distantia lune ab auge epicycli: scz. a. b. 60. gra. aut alias arcus. erit igitur proportion. e. b



Liber



ad.b.b.et.b.e.nota propter angulum.b.rectum:t arcum.a.b.notum ex.3.b.
 et.b.b.nota fiet.3.b.Excessus igitur.3.a.super.3.b.est due partes.30.mi.not^o
 Sed tota.a.d.est decē partes.30.mi.Si itaqz tota.a.d.fieret.60.mi.propor/
 tionalium:fieret in hoc loco excessus.3.a.super.3.b.14.mi.sere.hec mi.ppor/
 tionalia scribanf in directo.30.gra.q postea cum centrū epicycli fuerit in au/
 ge ecētrici:t luna intra augem epicycli t oppositum eius:intrabimus tabu/
 lam cum argumento dimidiato:t fm proportionē minutorū proportionaliū
 inter primū t secundum terminū ad.60.sumemus partem proportionalem
 de differentia primi t secundi termini diuersitatum:t eam addemus diuer/
 sitati aspectus termini primi:t proveniet nobis diuersitas aspectus ad locū
 lune in epicyclo quesita. Similiter fient minuta proportionalia inter tertium
 t quartum terminū quasi centrum epicycli.e.sit in opposito augis eccentrici.
 et tunc.3.e.ad.e.a.proporatio erit vt.60.ad.8.t ita sumpio a.b.60.gra.fiet ex/
 cessus.3.a.super.3.b.tres partes.37.mi.Sed.a.d.est.16.que si fiant.60.mi.
 proportionalia:fiet excessus p:positus.13.mi.33.secun.que loco suo scriban/
 tur. Et cum centrum epicycli fuerit in opposito augis eccentrici:t luna inter
 augem t oppositum augis epicycli:intrabimus cum argumēto dimidia/
 to:t fm proportiones minutorū proportionaliū tertij t qrti termini ad.60.
 sumemus partem proportionalem de differentia diuersitatum aspectū ter/
 tij t quarti termini:t eam addemus diuersitati aspectus termini tertij:t exi/
 bit diuersitas aspectus ad locū lune in epicyclo quesita. ¶ Sit preterea ecen/
 tricus.a.b.g.super centro.e.t centrum terre sit.3.locus epicycli sit.b.angul^o
 a.3.b.60.gra qui fit dum elongatio lune a sole media sit.30.gra. Fict igitur
 3.a.60.et.3.b.54.partes.3.mi.3.g.39.partes.22.mi.excessus.3.a.sup.3.g.20.
 partes.38.mi.excessus.3.a.super.3.b.5.partes.57.mi.Si igitur.20.partes.
 38.mi.fient.60.minu.proportionalia:fiet excessus.3.a.super.3.b.17.mi.14.se/
 cun.que in directo.30.gra.scribantur in tabula minutorū proportionalium.
 et sic perfecta sunt triplicia minuta proportionalia post quattuor terminos diuersitates. Quotiens itaqz luna nō fuerit in auge ecētrici vel epicycli: eq/
 bis primo diuersitatē aspectus eius per primū t secundū modos.deinde per
 tertium t quartum terminū.t differentia harum nota:intrabis tabulā cum
 elongatione media solis t lune:t accipias ultima minuta ppor:tonaliam.fm
 quorū proportionē ad.60.accipe partē p:portionalē de differentia notata:
 quā adde diuersitati aspectū eqte ex pmo t secūdo termino:t pueniet diuersi/
 tas aspectū lune in circulo altitudinis q̄sita ad locū lune i ecētrico t epicyclo.

Propositio xxv.

Diversitatem aspectus lune ad solem in circulo alti/
 tudinis considerare.

Divisitatem aspectus lune ad solem in circulo alti/
 tudinis considerare.

Inquire ex premissis vtriusqz diuersitatē aspectus seorsim
 post solis diuersitatem aspectus aufer a lune diuersitatē aspe/
 ctus:t manebit quesitū:veluti in figura vides. Nota quia di/
 stantia maxima solis fm Ptolemeū fuit.1210.sed fm Albate/
 gni fuit.1146.harū differentia est.64.que sunt fere decimanona pars distan/
 tie solis fm Ptolemeū. Ideo si queris ex tabulis Ptolemei volens diuersi/
 tam aspectus solis rectificare:adde super eam decimanonā sui partem.
 sic maxima diuersitas aspectus solis existente in auge sui eccentrici fieret triū
 minutorū. Itē quia sole existente in opposito augis eccentrici:diuersitas aspe/
 ctus maxima est.3.mi.13.secun. Ideo p:o alijs locis eccentrici solis cum argu-



Quintus

mento solis iuber intrandum. Albategni tabulam equationum lune pro minutis proportionalibus: et sum eorum ad. 60. proportionem de illis. 13. secundis accipere partem proportionalem addendam verū. id prope verū esset. melius est igitur sum ante premissam agere: et fiet opus certius.

Propositio xxvi.

Diversitatem aspectus lune aut solis in longitudine et latitudine dum luna sub ecliptica fuerit secernere. Sit medietas ecliptice. a.c.g. in qua locus lune aut solis sit e. ita ut e.a. sit quarta. similiter e.g. quarta. medietas integri circuli altitudinis sit. b.e.d. ita quoque ut c.b. sit quarta. et e.d. quarta. Circulus transiens per polos amborum horum sit. a.b.g.d. in quo polus ecliptice sit. 3. diversitas aspectus lune aut solis in circulo altitudinis sit. c.h. per. b. veniat a polo ecliptice circulus magnus. 3. b.t.k. propositum est ex arcu. c.b. et quantitate anguli. b.e.t. secernere arcum. b.t. diversitatem aspectus in latitudine: et arcum e.t. diversitatem aspectus eius in longitudine. ex angulo. b.e.t. noscetur residuum: scilicet a.e.b. cuius quantitas est arcus. a.b. igitur a.b. notus. Propositio vero sinus. a.b. ad sinum. a. 3. est composita ex duabus: scilicet proportione sinus. b.e. ad sinum. e.h. et proportione sinus. b.t. ad sinum. t. 3. a. 3. autem. b.e. et. t. 3. sunt quarte. et. b.a. et. e.h. dati. igitur b.t. notus fiet.

Lorelarium.

Proprietate sinus totius ad sinum anguli ex concursu circulalitudinis et ecliptice est sicut proprietate sinus diversitatis aspectus in circulo altitudinis ad sinum diversitatis aspectus in latitudine.

Constituto deinde. h. polu circuli magni: cuius proportio sit. k.n.m. si estque h.k. et. b.n. quarte. et propter angulos. t.ct.k. rectos. k.n.m. et. t.e.m. procedent per polos circuli. 3. b.k. Ideo polus eius est. m. et binc. k.m. et. t.m. fiunt quare. queremus primo quantitatē arcus. k.n. qui est quantitas anguli. t.b.e. si libet quia proporcione sinus. b.t. ad sinum. t.k. componit ex duabus: scilicet proportione sinus. b.e. ad sinum. c.n. et proportione sinus. n.m. ad sinum. m.k. Sed. b.t.k. b.e.c.n. et. m.k. noti sunt. iam ergo notus erit. m.n. quare et complementum eius. n.k. cognitū fieri: quod querebat. Nota tamen quod si angulus. a.e.b. dematur a recto: manebit angulus fere equalis angulo. e.b.t. quem si sumpseris loco anguli. e.b.t. nulla sensibilis diversitas in eclipsibus proueniet. Nunc queramus quantitatem arcus. e.t. quia proportio sinus. m.k. ad sinum. k.n. componitur ex duabus: scilicet proportione sinus. m.t. ad sinum. t.e. et proportione sinus. e.b. ad sinum. b.n.



Lorelarium.

Proprietate sinus totius ad sinum anguli ex concursu circulalitudinis et circuli venientis a polo ecliptice per locum visum est sicut proprietate sinus diversitatis aspectus a circulo altitudinis ad sinum diversitatis aspectus in longitudine.

Sed si libeat invenire. c.t. absque notitia anguli. e.b.t. sed solum per arcus e.b.b.t. iam notos. quia proportio sinus. k.ad sinum. k.t. componitur ex duabus: scilicet proportione sinus. b.n. ad sinum. n.e. et proportione sinus. e.m. ad sinum. m.t.

Lorelarium.

Proprietate sinus complementi diversitatis aspectus in latitu-



Liber

dine ad sinum totum: est sicut proportio sinus complementi diuersitatis aspectus in circulo altitudinis ad sinum complemeti diuersitatis aspectus in longitudine.

CNota etiam q̄ angulus, t.e.b. vocat angulus latitudinis: quia ei opponitur diuersitas aspectus in latitudine. Angulus aut.c.h.t. vocat angulus longitudinis: quia ei opponitur diuersitas aspectus in longitudine.

Propositio xxvij.

Tius rei inquisitionē precedere oportet: cum luna latitudinem ab ecliptica habuerit.

Sit portio ecliptice. a.b.g. portioq; circuli declini lune. a.d.vt.a. sit nodus. d. vō locus lune in circulo declini. a puncto d. sit orthogonalis super eclipticam. d.b.a polo horizontis. e. veniant portiones circulorū: si altitudinū. e.b.e.d.b. 3. sitq; d.b. diuersitas aspectus lune in circulo altitudinū: vt locus eius visus in eodē circulo sit. b.ab.b. cadant due portiones. b.k. quidem perpendicularis sup. a.b et. b.t. perpendicularis super. d.b. Sic longitudine lune a nodo vera erit. a.b. visa. a.k. diuersitas aspectus in latitudine. arcus. d.t. in longitudine. b.t. secundū. k.b. Querendi igit̄ sunt arcus. d.b. b.t. et. d.t. nobis vō ex premissis non constat arcus. e.d. sed notus est arcus. e.b. Ideoq; si volumus scire arcū. d.b. opus est scire prius arcum. e.d. loco arcus. c.b. Item si ex arcu. d.b. cupiam̄ scire arcus. b.t. et. t.d. opus est scire angulum. e. 3. g. qui sine sensibili differētia equalis est angulo. d.b.t. hic vō ex premissis nondū notus est. sed tñ angulus. e.b.g. notus fuit. q̄re ad cognitionē arcū. d.b. b.t. et. t.d. oportet pre cognoscere arcū. e.d. et angulum. e. 3. g. quod est intentum.

Propositio xxviii.


Etando circulus altitudinis orthogonaliter ecliptice insistat: arcum inter polum horizontis et lunā. Item angulum ex concursu huius circuli altitudinis et ecliptice ostendere.

Sit portio ecliptice. a.b.g. portioq; circuli altitudinis. 3. d. b.e. incidentis sup eclipticā ad angulos rectos. et tunc idē fieri etiam circulus lōgitudinis loci lune. et sit. d. vel. e. locus lune. palā tūc est: q̄ nulla est diuersitas aspectus in lōgitudine: propterea q̄ circulus altitudinis p̄ polos zodiaci trāseat. Sit aut. 3. polus horizontis: q̄ iā notus est arcus. 3.b. ex premissis. et data latitudo lune. b.d. vel. b.e. ideoq; arcus. 3.d. aut. 3.e. noti fieri: q̄ querunt. Palā etiā est q̄ anguli apud puncta. d. et. e. ex circulo altitudinis et circulo declini lune puenētes: insensibiliter a rectis differēt: ppter modicam latitudinem in eclipsibus. ideo nihil diuersitatis sequeret: si p̄o eis recti sumerentur.

Propositio xxix.

Etando circulus altitudinis cū ecliptica unus fuerit: arcus et angulos propositos determinare.

Sit ecliptice et circuli altitudinis portio una. a.b.g. in qua polus horizontis. a. portio circuli lōgitudinis loci lune orthogonaliter ecliptice insistēs sit. d.b.e. Latitudo lunc sit. d.b. vt



Quintus

b.e.ductis arcubus.a.d.et.a.e.querimus quantitatē arcuū.a.d.et.a.e. et angulū.b.a.d.et.b.a.e. In his ut ptolemy arcub⁹ vt lineis rectis: propter diuersitatis paruitatē. Sic cum anguli.a.d.b.sint recti. ex arcubus a.b.et.b.d. et.b.e.datis per penultimā p:imi reperit quantitatē arcuū.a.d.et.a.e.hinc tanq̄ in triangulis orthogonijs rectilineis quantitates angulorum.b.a.d. et.b.a.e qui querebantur.

Propositio xxx.



Cum autem circulus altitudinis super eclipticam oblique inciderit: arcus et angulos dictos verificare.



Sit enim portio ecliptice.a.b.t.cui arcus altitudinis.3.b.k. oblique incidat. sitqz.3.polus horizontis. circulus longitudinis loci lunc sit. d.b.e. que oportet orthogonialiter eclipticā servare. sitqz luna in. d. vel. e. ductis arcub⁹.3.g. d. et.3.e. t. ex arcu.3.b. et angulo.3.b.a. et latitudine lune. b.d. vel. b.e. qrim⁹ arcu.3.d. vel. 3.e. et angulū.3.g.a. vel. 3.t.a. ducamus. d.k. et. e.l. ppēdicularēs arcus sup.3.b.k. Utī iterū arcibus tanq̄ lineis rectis propter diuersitatem insensibilem. Ex angulo.3.b.a. dato: et recto. e.b.a. notus erit angulus. e.b.l. aut. d.b.k. Ideoqz p:ratio. e.b. ad. e.l. et. l.b. data. Similiter p:ratio. b.d. ad. d.k. et. k.d. data. Et cum latitudines. b.e.b.d. date sint: ideo arcus. d.k.k.b.e.l. et. l.b. dati. itaqz ex. 3.k. et k.d. scietur tanq̄ in lineis rectis arcus. 3.d. Similiter. ex. 3.l. et. l.c. scief. 3.e. quare ex proportione laterū triangulo:um anguli. d.3.k. et. e.3.l. noti sient. Sed. d.3.k. est differentia qua angulus. 3.t.b. minor est angulo. a.b.3. igitur anguli. a.g.3. et. a.t.3. noti sient: qui querebant. Sic Ptolemy posito arca. 3.b.45.gra. et angulo. a.b.3.30.gra. Item latitudinibus lune: scz.b.e.5.gra. similiter. b.d.5.gra. inuenit angulum. b.3.t.5.gra. et. 4.quintas vnius. et angulum. b.3.d.5.gra. et septa vnius. Sic angulua. a.t.3.24.gra. et quinta vnius. et angulus. a.g.3.35.gra. et septa vnius. Arcus aut. 3.e. repertus est ab eo. 42 partes. et. 54.mi. et arcus. 3.d. 47.gra.54.mi. Item maxima differētia: que esse potest in diuersitate aspectus in latitudine propter lune latitudinē: contingit Luna in. 90.gra. ab ascendentē posita: quia tunc nulla erit diuersitas aspectus in longitudine. Et cum luna. 5.gra. habuerit latitudinē: maxima differētia diuersitatū aspectū: que propter hoc accidere potest: est. 10.mi. fere. Sed cum latitudo lune in ecliptici solari maxima fuerit: que gradus vnius et medietas fere est: maxima differētia diuersitatū aspectus: que propter ea sit est minuti vnius: et medietas vnius: quod tamen rarissime contingit.

Propositio xxxi.



Acum inter polum horizontis et lunam in latitudine ab ecliptica existentem certius demonstrare.

Sit meridian⁹. a.b.g.d. medietas ecliptice. a.t.f.g. A. qui dem punctus in medio celi. f. punctus orientis. medietas horizontis. b.b.k.f.d. polus horizontis. 3. locus longitudinis lune in ecliptica. arcus circuli longitudinis. t.o.l.x. Latitudo lune t.o. duo arcus circuli altitudinū. 3.t.b. et. 3.o.k. ex datis arcub⁹. a.3.3.t.ct.t.o propositum est reperire arcum. 3.o. Nam propter punctum celum medians notū: notus erit angulus. 3.a.t. hinc ex arcu.3.t. et angulo. 3.a.t. item arcu. a.3



Liber

notus erit angulus. a.t. 3. Item sit. 3.l. perpendicularis super. t.g. in triangulo. 3.t.l. angulus. 3.t.l. est complementum anguli. a.t. 3. ideo notum. quare ex sinu toto et sinu arcus. 3.t. item sinu anguli. 3.t.l. notus fiet arcus. 3.l. item ex complemento. 3.l. sinu toto: et complemeto. 3.t. reperies complementum. t.l. quare. t.l. datus. ideoqz et. o.l. notus. Hinc in triangulo. 3.l.o. ex sinu toto: et sinu complementi. o.l. et sinu complemeti. 3.l. notum fiet complementum. 3.o. quod est. k.o. igitur. 3.o. notus arcus qui querebatur. Nec omnia ex scientia triangulorum sphericalium.

Propositio .xxxij.

Diversitatem quoqz aspectus in longitudine et latitudine verius tunc discernere.

Sit medietas meridiani. b.a.3.d. in qua polus horizontis sit. 3. Item medietas horizontis. b.e.d. et portio ecliptice. a.t. k.e. in qua locus longitudinis lune sit. t. portio circuli longitudinis ut in pmissa. t.o.l.g. sitqz. t. polus ecliptice. latitudo lune. t.o. arcus circulo: u altitudinu. 3.t. 3.o.n. diversitas aspectus in circulo al titudinis sit. o.n. arcus a polo ecliptice venies ad locu visu lune. n. sit. x. i. n. Itē arcus. n.q.o. oblongaliter veniat super. o.t.q. propositū est ex arcu. o.n. reperire arcus. n.q. et. q.o. ex premissa notus fuit arcus. 3.l. hinc ex angulo recto et arcubus. 3.o. et. 3.l. inuenies quantitatē anguli. 3.o.l. seu. q.o.n. hinc ex sinu toto et angulo. q.o.n. et arcu. o.n. reperies arcum. n.q. quem de certo sci mus insensibiliter diffire ab arcu. t.i. Item complementum anguli. q.o.n. insensibiliter quoqz differt ab angulo. q.n.o. hinc igitur ex sinu toto et angulo. q.n.o. arcu quoqz. o.n. sciem arcum. o.q. Sed latitudo lune. t.o. nota est: ideoqz. t.q. notus: quiqz insensibiliter differt ab arcu. i.n. qui est latitudo lune visa. Sed dico tibi: hac precisione nihil opus esse. sed si angulum. a.t. 3. et angulum. t. 3.l. tenueris pro angulis. q.n. 3. et. 3.o.l. nihil vngz sensibilis differentie propterea inuenies. Ideo tamen hec adducta sunt: ut scires viā esse qua omnia cum precisione possent inueniri.

**Explicit Liber Quintus Epitomatis
Sequitur Sextus**



Sextus

Liber Sextus Duorum Luminarium Coniunctionē & Op/positionem: Item utriusq; Eclypsim: cum modis suarum va/riabilitatum lucidissime explanat.

Propositio Prima.



Eo pacto tempus & locus me die coniunctionis luminarium reperiatur.

Exemplum Ptolemei: quōd primā medianam coniunctionē in annis Nabuchodonosaris extraxit. Ex eis que premissa sunt in superiorib; libris: habuit q; in meridie prime dīci mensis Thus: quo fuit principium annorum Nabuchodonosaris: locus solis medius fuit. 45. minu. principiū piscium. Media elongatio lune a sole. 70. gra. 37. mi. Argumentum solis: quod vocavit mediū loci solis ab auge sui distantiam fuit. 265. gra. 15. minu. Argumentum medium lune. 268. gra. 49. minu. Et distantia mediū loci lune a punto circuli declivis maxime septentrionali: quam vocamus argumentum latitudinis lune medium: fuit. 354. gra. 15. minu. Divisit igitur elongationem medianam a sole per elongationem huiusmodi: que fit in vno die: & prodierunt quinq; dies. 47. minuta: & 33. se/ cunda vnius diei. Fuit igitur ante meridiem primi diei mēsis Thus per. 5. dies. & sua cum proxima que precessit: media luminarium coniunctio. Sed mensis lunaris: hoc est tempus ab una coniunctione media ad proximam: habuit. 29. dies. 31. minu. 50. secunda vnius diei. Igitur a meridiem primi diei mensis Thus per. 23. dies. 44. minu. 7. 17. secun. vnius diei: fuit proxima sequens media luminariū coniunctio. Oportuit itaq; eam fuisse vigesimaqua ta die mensis Thus: post meridiem minutis. 44. secundis. 17. Preterea addidit radicib; prefatis medios motus solis: argumenti lune: & argumen/ ti latitudinis lune in diebus. 23. minutis. 44. secundis. 17. & exhibant in pre/ dicta media coniunctione locus medius luminarium. 24. gra. 8. minu. 50. secun. piscium. Argumentum solis. 288. gra. 38. minu. 50. secun. Argumentum lune medium. 218. gra. 57. minu. 15. secun. Argumentum latitudinis lu/ ne medium a punto maxime septentrionali computando. 308. gra. 17. m. 21 secun. Ad similitudinē huius exempli in ceteris agas.

Propositio .ij.

Et abulis coniunctionū & oppositionum lumina/ rium differere.

Cab:icauit Ptolemeus tabulas deseruientes huic negocio super meridianum Alexandrie: & ad annos principiū Nabu/ chodonosaris. In differentia prima posuit annos collectos & currentes per. 25. ita vt in prima linea poneret annum primū



Liber

Nabuchodonosaris. et in directo eius tempus prime coniunctionis media
sez dies mensis Thus. 24. mi. 44. secun. 17. Item argumenta solis: lune: et
latitudinis lune media: que in premissa reperta fuerunt. In secunda vero linea
posuit annū vicesimum sextū Nabuchodonosaris. et in directo huius nume-
ri tempus: sez dies et minuta mensis Thus: quo fuit coniunctio prima media:
et argumenta solis: et lune: et latitudinis lune hoc ingenio considerauit: q; in
omnibus vigintiquinq; annis egyptijs in tempore anticiparentur coniunc-
tiones mediae in. 2. mi. 47. secun. 7. g. tertii diei. Ideo per huius numeri sub-
tractionem perfecit aream temporis prime coniunctionis usq; uoi. annum
Nabuchodonosaris. In hoc vero tempore motus solis medi⁹ ultra integras
reuolutiones fuit. 353. gra. 52. m. 34. secun. 13. tertia. Argumentum lune mediū
57. gra. 21. mi. 44. lecū. 1. tertia. et argumentum mediū latitudinis lune. 117. g.
12. mi. 49. secun. 54. tertia. Per horum motuum additiones ad primas radices
perfecit totam differentiam primam: que est coniunctionū mediarum in annis
collectis. Ad similitudinem huius posuit differentiam secundam: que est op-
positionum mediarum. Dixit enim medium mensis lunarem esse. 14. dies.
45. mi. 55. secun. motūq; solis mediū in hoc tempore. c. 14. gra. 33. mi. 12. secun.
Argumentum lune medium. 192. gra. 54. mi. 30. secun. Argumentum latitu-
dinis medium. 195. gra. 20. mi. 6. secun. Id diminutū ex radicibus prime co-
junctionis primi anni Nabuchodonosaris: reliquit radices primae opposi-
tionis mediae eiusdem anni Nabubuchodonosaris. quibus habitis continua-
vit eas quoq; sicut radices coniunctionū ad. uoi. annum Nabuchodonosa-
ris. Deinde perfecit differentiam tertiam: que est coniunctionū et oppositio-
num in annis expansis. Considerauit enim excessum. 13. lunationum super
365. dies. et fuit. 18. dies. 53. minu. 51. secun. 48. tertia. Item in hoc tempore. 13.
lunationum motus solis mediū. 18. gra. 22. minu. 59. secun. 14. tertia. Ar-
gumenti lune mediū. 335. gra. 37. minu. 12. secun. 51. tertia. Considerauit etiam
spacium duodecim lunationum: quod fuit. 354. dies. 24. minu. 1. secun. 40.
tertia. Et in hoc tempore motum solis. 349. gra. 16. minu. 36. secun. 16. tertia.
Argumentum lune. 309. gra. 48. minu. 1. secun. 53. tertia. Argumentum lati-
tudinis medium. 8. gra. 2. minu. 49. secun. 42. tertia. Ex his perfecit tabulā
annorum expansorum ad annos. 25. Aliquando quidem addendo numeris
positis in prima linea duodecim lunationes cum motibus suis: et inde abie-
ciendo. 365. dies. Aliquando excessum tredecim lunationū dictum cum mo-
tibus suis. tunc quidem duodecim lunationes cum vidit: si excessum dictum
addidisset: plus una lunatione prouenisset. Tandem tabulam mensium po-
suit: quam ad. 12. extēdit. Una enim lunatio fuit. 29. dies. 31. minu. 50. secun.
4. tertia. 20. quarta. In hoc tempore motus solius mediū. 29. gra. 6. minu.
25. secun. 1. tertia. Argumentum lunc. 25. gra. 49. minu. 0. secun. 8. tertia. Ar-
gumentum latitudinis. 30. gra. 40. minu. 14. secun. 9. tertia. Ex his comple-
tabulam mensium via additionis.

Propositio .ij.



Sum talium tabularum deponere.

Cum annis currentibus a principio Nabuchodonosaris
intra tabulas: q; si precise inuenieris numerū eoz in annis col-
lectis: in directo eo:ū habebis coniunctionē et oppositionem
mediā in primo mense sez Thus; atq; motum argumen-

Sextus

ti solis medijs: et argumenti lune: et argumenti latitudinis lune ad eandem. Si vero supersunt anni ultra collectos proxime minores in tabula repertos: cum eis intra tabulam annorum expansorum: et que in directo eorum inuenieris: iuge cum eis que cum collectis annis accepisti: quodlibet quidem sub suo genere: et consurget coniunctio vel oppositio media: computando tempus a principio mensis Tbus: et motus dicti ad eandem. Deinde per additionem positionum in tabula mensium habebis quamcumque voles coniunctionem sequentem aut oppositionem.

Propositio .iiiij.

Operationem veram lune in hora considerare.

CScire prepotet veros motus solis et lune in hora. id communiter queritur: et certius est via equandi solem et lunam ad principium talis hore. item ad finem eiusdem. tunc differentia motuum erit motus in hora quesitus. Facilius sic: et habebis rationem compositionis tabule motus veri in hora. Considera equationem argumenti solis ad tempus pro quo cupis habere motum solis verum in hora. cuius equationis: et equationis argumenti primo uno gradu maioris differentia nota. de qua sume partem proportionalem secundum proportionem. 2. m. et 28. secundorum ad. 60. m. quam deme a. 2. mi. 28. secundis: si argumentum solis minor sit. 93. gra. vel adde eisdem: si plus: usque ad. 180. gra. et exhibet verus motus solis in hora. Sic compones tabulam ad semicirculum. Ratio est quia argumentum solis augeatur in una hora per. 2. m. 28. secundum. Item similiter fiat in luna. Considera equationem argumenti lune dati. item equationem argumenti uno gradu maioris. de differentia harum sume partem proportionalem secundum proportionem. 41. mi. 49. secundum. ad. 60. m. hanc subtrahere a. 32. mi. et 56. secundis: si argumentum fuit minor. 45. gra. aut adde si maior. 45. gra. ad. 180. sic compones tabulam ad semicirculum. Ratio: quia argumentum lune verum post unam horam a puncto media vel ante differt ab argumento medio in hora punctis medie per motum argumenti medij in hora: et equationem centri quod in horae correspondet. 41. m. 49. secundum. equationes etiam lune crescunt usque ad. 35. gra. argumenti. post ad semicirculum decrescent. Habitatis motibus veris solis et lune in hora: aufer motum solis de motu lune: et remanebit superatio quesita.

Propositio .v.

Erra applicationem luminarum et locum dinumerare.

CEx ante premissa primaria applicationem cognoscas cum argumentis solis et lune: ex quibus secundum doctrinas superiores vera loca luminarum apprehendas. Quod si concordia fuerit: tempus medium applicationis est tempus vere. Si discordia: differentia eius nota. huic: ut Ptol. addes suam duodecimam: quod tantum interea fere sol moueat. et totum dividere per motum verum lune in hora repertum per primissam. Vel melius: differentiam eorum simpliciter dividere per suppositionem veram lune in hora: et tempus quod sic pueniet: est distatia inter veram et medianam applicationem. Sequeatur autem vera media: si locus solis processit locum lunae. Si vero luna processit solum: tunc per dictum tempus ex divisione puenies: secuta fuit media vera. hinc motus solis in hora ductus in tempus distatiae inter veram et medianam applicationem: producit verum motum solis in dicto tempore: per quem nosce locum applicationis vere. Verum quia id opus aliquatenus sufficit: licet sit prope verum: ideoque optebit equare ad hoc tempus sic inuentum

Liber

loca luminariū secundario. et si reperiēt concordia:satis. Si discordia:opus est iterū more priori tempus verum elicere.

Propositio vi.




Etabus eclipsibus quibus luna fuit prope longitudinem propiorē epicycli: semidiametros vmbre et lune elicere.

Prima fuit in octauo annoz Naboth: qui fuit a principio annoz Nabuchodonosaris annus quingentesimus septuagesimus quartus transactis. 27. diebus mensis phumemt: qui est septim⁹ egyptioz: cui⁹ mane fuit dies. 28. et fuit a principio hore octauae ad finē hore decime. plurimū partis eclipsate a parte septētrionis fuit. 7. digitis. Tempus mediū fuit post mediu noctis duabus horis tpalib⁹ et medietate. et sol in. 7. g. tauri. Tempus a principio annoz Nabuchodo. fuit. 573. anni. 206. dies. 14. hore et tertia vni⁹ tpis differētis. sc̄ medij fuit. 14. hore tm̄ vsqz ad mediū hui⁹ eclipsis. Locus lune medius. 7. gra. 49. m. scorpij. verus. 6. g. 19. m. eiusdē. argumentū. 160. g. 40. m. et argumentū latitudinis a puncto maxime septentrionali. 98. partes 20. mi. Secunda fuit anno. 607. annoz Nabuco. diebus mensis Tobi trāfactis duobus: cui⁹ mane fuit dics tertius ante medium noctis hora vna eq̄li: medietate et tertia. et eclipsata a parte meridici fuit. 3. digitis: sole in. 5. gra. et octaua vni⁹ partis aqrīj. Eps a principio anno:ū Nabuco. 606. anni egyptij: dies. 91. hore. 10. et sexta hore vtriusqz tpis. Luna fm̄ mediū motū in 5. gra. 15. m. leonis. fm̄ verum. 5. gra. 8. m. eiusdē. Argumentū. 178. g. 46. m. Argumentū latitudinis a pūcto maxime septētrionali. 80. gra. 36. m. Quia itaqz distantia lune a nodo in prima eclipsi fuit. 8. gra. 20. mi. fuit latitudo meridionalis. 43. mi. 3. secun. Et in secūda distātia a nodo fuit. 10. gra. et tres q̄nte. fuit latitudo meridiana. 54. mi. medietas et tertia. Differentia autem partium eclipsatarum fuit tertia diametri lune. Et differētia latitudinū. 11. mi. 47. secun. necesse est igitur ut tota diameter lune fuit. 35. mi. et tertia. hui⁹ vora est. 8. mi. medietas et tertia: sc̄ pars eclipsata in secūda eclipsi equalis parti diametri ab extremitate vmbre ad centrum lune. Ea ablata a latitudine lune in secūda eclipsi: manebūt. 46. mi. semidiametri vmbre in loco trāfactus lune dū luna fuerit p̄ope oppositū augis epicycli. Sic iterū reperta est eadē p̄portio semidiametri lune ad semidiametru vmbre q̄ superi⁹: et ita firmavit ea. Quidā semidiametros lune et vmbre in applicatiōib⁹ Luna inter augē epicycli et oppositū eius existēte: ex his q̄ in auge et opposito repte sunt sic inueniūt. Sit epicyclus. a. b. g. super centro. d. in applicationib⁹. a. quidē aug. b. oppositū augis. e. cētrū mūdi. sūqz luna in. g. semidiameter lune in. a. est minima. in. b. maxima q̄ potest ēē in applicationib⁹. et differētia ex dictis nota est: q̄ sit. l. m. g. 3. sit sur⁹ argumēti. a. g. erit igit. g. 3. sin⁹ notus. et sit. 3. a. sin⁹ vsus. sc̄. a. b. est notarū partii: quib⁹. d. e. est. 60. igit in eiusdē. a. 3. g. 3. 3. d. note fient: igit. e. 3. nota. hinc. e. g. nota: que sit eq̄lis. c. b. q̄re. a. b. data. Sine sensibili autem differentia p̄portio. b. a. ad. a. b. est vt. l. m. ad augmentū: quo semidiameter lune existentis in. g. excedit semidiametru eius existētis in. a. quare illud augmentū notum erit. hinc semidiameter vmbre nota fiet. Letioz tamen via bec reperiendi in. 22. quinti data est. O stensis igitur quātitatibus semidiametroz lune et vmbre in maxima accessione ad terrā tempore eclipsis: p̄ficiuntur termini eclipsium; et sequitur.



Erminos eclypsium solarium prefinire.

TEx premissa patet semidiametrū lune maximā in eclypsib⁹ esse. 17.mi. 40.secun. Semidiameter aut̄ solis ex superioribus habetur. 15.mi. 40.secun. que licet propter eccentricitatem solis variabilis sit: id tamen non curatur: quod fere sit insensibile. In contactu itaqz eclypsis solaris distantia inter ambo centra luminarii sit. 33.mi. 20.secun. Diuersitatis aut̄ aspectus in latitudine maxima que esse potest in omnibus climatibus septem communiter positis: versus meridiē quidē est. 58.mi. et tunc diuersitas aspectus in longitudine maior: que esse potest: est. 15.mi. Sed versus septentrionem est. 8.mi. et tunc diuersitas aspectus in longitudine est. 30.mi. Sed etiam plurimū differētē quod cadere potest inter locum verum applicationis vere: et locum medium applicationis medie est. 3.gra. quod habetur si maxime equationes luminarii iungantur: et totius tredecima pars accipiatur: et huius etiam tredecima pars: propterea quod dum luna perambulat aggregatum maximarum equationū: sol interea tredecimā huius perambulat. Et dum luna hanc tredecimā fecat: sol quoqz interea per tredecimā huius moueat. Quod itaqz sol fecat in tempore quo luna aggregatum maximarū equationū transit: est. 12.pars fere huius aggregati: que duodecima si iuncta fuerit cum maxima equatione solis: proueniet quod plurimū intercidere potest inter locum medium medie applicationis et locum verū vere applicationis. Idqz fin numerationē Ptolemei est. 3.ū. et illud fere equale est differētē inter argumentū latitudinis mediū in hora medie applicationis: et argumentum latitudinis verū in hora vere applicationis. non cni differt hec ab illa: nisi in motu capitū in hoc tempore. Sit igitur eclyptica. a.b. deferens. b.d. et sit. d. locus lune verus: visus aut̄ in coniunctione visibili sit. e. et arcus a.e.g. orthogonalis super eclypticam. a. locus solis. erit igitur. e. locus lune visus in defereunte. a. 3. semidiameter solis. c. 3. semidiameter lune. sitqz. d. e. diuersitas aspectus in circulo altitudinis. erit. d. g. fere diuersitas aspectus in longitudine. e. g. in latitudine. Dum igitur diuersitas aspectus in latitudine fuerit ad partem meridiē: quod semper continuit dum luna a polo horizontis versus meridiē fuerit: erit. e.g. 58.mi. a. 3. c. aut̄ est. 33.mi. 20.secun. Sic fiet a.g. 1.gra. 31.mi. 20.secun. Proportio aut̄ a.g ad. g.b. prope est sicut. 1.ad. ii. et semis. quod patet ex maxima lune latitudine: et via que data superius est declinationis eclyptice et latitudinis lune tabulandi. Fiet igitur arcus. b.g. 17.gra. 30.mi. fere. Sed cum. g. sit locus visibilis coniunctionis. Ponamus veram adbuc futurā. Dum igitur luna transit arcū. g.d. qui est. 15.mi. sol interea transit duodecimā huius: que duodecima sit. g.k. erit itaqz. k. locus vere coniunctionis. sic arcus. b.k. erit. 17.gra. 31.mi. fere. Ponamus quoqz quod media coniunctio etiā adbuc futura sit. Sed inter locum verū vere et mediū locum medie: ut superius tactū est: cadere possunt 3.gra. Centri igitur epicycli in media coniunctione distabit a nodo. 20.gra. et medio fere. Sed dum. e.g. diuersitas aspectus in latitudine fuerit versus septentrionē maxima scz. 8.mi. luna tamen in latitudine meridianā existētē ita intellige. b.g. portionem deferentis ab eclyptica meridianam: erit. a.g. 41.mi. Hinc. b.g. fin proportionem dictam erit prope. 7.gra. 52.mi. g.d. vō 30.cui⁹ duodecima cst. 3.mi. fere. Sic. k.b. erit. 7.gra. 55.mi. cui.k.b. scz. 3.ū.



Liber

additi faciunt. 10.gra. 55.mi. fere. Ptolemeus tamen addidit illos tres gra. super aggregato ex distantia visi loci lune in visibili coniunctione et diversitate aspectus in longitudine. Sed ipsi sint differentia maxima inter mediū locum medie coniunctionis et verum vere coniunctionis locum. Oportet ut addant ad distantiam veri loci lune in hora vere coniunctiones: ut exeat distantia centri epicycli lune a nodo in hora medie coniunctionis: qua possibile est ut luna solem contingat sive visum. Ideo termini ecliptici sui paulo maiores sunt. Habemus igitur per omnia septem climata terminos eclipticos solares hos: videlicet medium argumentum latitudinis meridianae a nodo 10.gra. 55.mi. et argumentum latitudinis septentrionalis a nodo. 20.gra. et medium fere. Extra autem hos terminos non est possiblitas ecclipsis solaris in dictis climatis, sed in media coniunctione centro epicycli lune existente: intra dictos terminos possibilis est solis ecclipsis. Albategni autem quia alias semidiagrammata quantitates: seu equationum maximarum ponit: dicit terminos hos in meridie quidem. 10.gra. 40.mi. in septentrione. 20.gra. 12.mi.

Propositio viii.

Unaris ecclipsis terminos assignare.


C sit a.b. ecliptica. b.g. declivis circulus lune. sitqz. a. centrū vmbre. g. vo centrum lune: dum circuli vmbre et lune visuales maximi se primū contingant in. 3. erit. g. 3. 17.mi. 40.secun. et 3.a. 45.mi. 56.secun. quare. a.g. fiet unus gra. 3.mi. 36.secunda. Ideoqz sive proportionem dictam. g.b. fiet fere. 12.gra. 12.mi. Si itaqz media oppositio sequatur veram per maximam distantiam possibilem addendi sunt gra. 3. de quibus dictum est. et fiet. 15.gra. 12.mi. maxima distantia centri epicycli lune a nodo in oppositione: qua luna contingit circulum vmbre sine ecclipsi: extra hunc terminū non est possibile lunā ecclipsari. Albategni tamen dicit terminū esse. 14.gra. 45.mi.

Propositio ix.

Olem aut lunā in sex mensibus bis ecclipsim pati est possibile.

Intelligamus. a.b.g.d. circulus lune declivē: qui secet eclipticam in nodis. a. et. g. capitū et caudā. et medietas septētrionalis sit. a.b.g. meridionalis. g.d.a. termini ecliptici a parte septentrionali sint. e.f. a parte meridianā sint. k.l. erunt itaqz a.e. et. f.g. in solaribus vterqz. 20.gra. et medij. sed. g.l. et. a.k. 10.gra. 55.mi. quare arcus. e.b.f. continet. 139.gra. Sedius autem motus argumēti latitudinis in sex mensibus lunaribus equalibus habet. 184.gra. et minutum unum integris revolutionibꝫ semiotis. quare motus argumēti latitudinis in sex mēsibꝫ maior est arcu. e.b.f. et minor arcu. f.d.e. Possibile est igitur: si nūc motus latitudinis sit in termino ecliptice: quod post sex mēses iterum cadat in terminū eclipticū: solēqz in sex mensibus bis ecclipsari. Itē in lunaribus ecclipsibus sicut arcus termino: 15.gra. 12.mi. quare tam. e.b.f. qz. l.d.k. fiet. 149.gra. 36.mi. Erit igitur motus argumēti latitudinis dictus utroqz horum maior: minor tñ arcu. k.b.l. aut. f.d.e. Patet itaqz verū ēē quod dicit propositio.

Propositio x.




Sextus

Quam in quinque mensibus bis eclipsari est possibile. Cūque id acciderit: necesse est: vt ambabus eclipsibus versus eandem partem porrigant tenebre. Sit enim vt in bis quinque mensibus sol vadat a longitudo media sui eccentrici per propiore versu alteram longitudinem mediam. Eritque tunc motus solis velox. Luna aut in epicyclo ultra integras revolutiones perficiat motum per partem epicycli superiorem: vbi tarda cursu existit. Sunt igitur hi quinque menses maiores: in quibus sol mouetur motu maiori: et luna minori. Nodus motus solis et lune in quinque mensibus mediis: abiectis revolutionibus: fiet. 145. gra. 32. m. Et sumam: vt longitudo proprio: solis diuidat hunc per equa. addet igits super medium cursum equatio solis hincinde sumpta. 4. g. 38. mi. Nodus aut lune in epicyclo in quinque mensibus est. 129. g. 15. mi. huc quoque per ecque diuidat longitudo longior: epicycli. minuet igits ex medio cursu ecque hincide sumpta. 8. g. 40. m. In tempore itaque quinque mensium illorum quod sol sit velox: luna aut tarda cursu: precedet sol lunam in. 13. g. 18. mi. hoc est: verus motus solis maior: est vero motu lune in hac quantitate. Sed cum luna id perambulat donec solem consequatur: sol duodecima huius mouetur: que. 1. g. 6. mi. hec duodecima si addatur super. 4. gra. 38. mi. que fuerunt differentia veri motus solis et medijs: prouenient. 5. g. 44. m. scz quantu quinque menses maiores addunt super quinque menses medios. Optaret enim in talibus dispositionibus primam harum oppositionu verarum precessisse mediam tempoze quanto ultima harum medianam sequitur. Constat aut quod differentia locorum applicationi: veri quidem in vera: et medijs in media fere equalis est differetie argumentorum latitudinis veri et medijs in predictis quinque mensibus erit fere. 5. g. 44. mi. Sz argumentu latitudinis in quinque mensibus medijs est. 153. gra. 21. m. ideoque argumentu latitudinis verum in quinque mensibus veris lunaribus est 159. gra. 5. m. Termini denique ecliptici lunares luna existente in longitude media epicycli sunt. 11. gra. 30. m. tunc enim aggregatum semidiametroz lune et umbra est gradus unus: propterea quod luna in auge epicycli existet in applicationibus tale aggregatum sit. 56. mi. 24. secun. sed in proprio: longitude epicycli sit. 1. gra. 3. mi. 36. secun. Respice modo figuram premisse: fiet iam utraque arcu. e. f. et. l. k. 157. gra. ideo minor: argumeto vero latitudinis in quinque mensibus maioribus per. 2. gra. 5. m. Si igitur hic motus latitudinis a. b. e. per unum gradum in arcu. a. e. ceperit: et finierit in arcu. f. g. p vnu gradu fere. a. b. f. possibile est: vt in utraque fiat eclipsis lune. Sic etiam ostenditur per arcum. l. d. k. Et dum motus iste fuerit per arcum istum. e. b. f. eclipsisabit in utraque eclipsi pars meridiana lune. Sed per arcum. l. d. k. septentrionalis. Verum tales obscurationes fere sunt insensibiles.

Propositio xi.

Lanarem eclipsim in septimo mense iterari non est possibile. Ostenso similis est quod precedens. Accipiamus ad hoc septem menses minimos quod possibles sunt: et oportet vt in his sol mouatur minore cursu suo: luna vero maiore: in septem mensibus equalibus. Nodus luminarii medius. 205. gra. 45. m. Argu-




Liber

mentum lune. 180.gra.43.mi. Sit autem ut longitudo longior: solis per equa dividat solis medium: et longitudo proprio: lune per equa dividat argumentum istud. Habet igitur ut equatio solis hincinde supra minuet ex motu medio. 4.g. 42.mi. et equatio lune addet medio motui. 9.g. 58.mi. Erit igitur in hoc tempore. 7.mensium medius motus solis minor: motu lune vero in. 14.gra.40.m. Huius autem duo decima est. 1.g. 13.m. addita super equationem solis facit. 5.g. 55.mi. scilicet qualitas qua verus solis in septem mensibus minoribus deficit a medio cursu solis in septem mensibus equalibus. sed tantum etiam differt argumentum latitudinis verum in septem mensibus minoribus ab argumento latitudinis medie in septem mensibus medijs. Argumentum autem latitudinis medium in septem mensibus medijs est. 214.gra.42.mi. quare argumentum latitudinis verum in septem mensibus minoribus erit. 208.gra.47.m. Totus autem arcus in figura. k.b.l.aut.f.d.e. non est nisi. 203.gra. luna quidem in longitudine media epicycli existente. Non est igitur possibile: si luna eclipsatur in oppositione prima septem mensium minorum: quod etiam eclipsetur in ultima illarum: quod fuit propositum.

Propositio xv.

Olem in quinq[ue] mensibus bis eclipsari in pluribus plagiis terre habitatis: non est prorsus impossibile.

Sed donamus ad hoc quinq[ue] menses maiores: ut in ante premisa ostensum est: verus motus latitudinis lune in his est. 159.g. 5.mi. Aggregatum autem duarum semidiometrorum solis et lune cum fuerint in longitudinibus medijs: est. 32.mi. 20.seculum. Est enim medium inter aggregatum quod fit in augere: et id quod fit in opposito augere. Si itaque longitudo lune fuerit. 32.mi. 20.seculum. fiet luna a nodo distans. 6.gra. 12.mi. quare arcus. e.b.f.s.u.l.d.k. in quo non contingit eclipsi. fiet. 167.gra. 36.mi. Nam igitur: si luna nullam habuerit diuersitatem aspectus in latitudine: non esse possibile: ut bis sit solis eclipsis in quinq[ue] maioribus mensibus: ppter ea quod arcus. e.b.f.aut.l.d.k. sit maior: vero motu latitudinis in quinq[ue] magnis mensibus: maior: in qua per gra. 8. et 13.mi. Et si verus motu latitudinis disposuerimus: ut per punctum. b. maxime declinationis dividatur per equa: distabit quilibet horum terminorum a nodo per. 10.gra. 28.mi. fere. horum latitudo est. 54.mi. et medium fere. a qua cum sublatum fuerit aggregatum semidiometrum solis et lune: remahent. 22.mi. et mediū fere excessus latitudinis terminorum: veri motus latitudinis super tale aggregatum. qui bis sumptus: scilicet hinc et illinc a partibus. b. facit. 45.mi. que sunt etiam latitudo argumenti latitudinis graduū. 8. et 31.m. ut patet ex proportione sepe dicta vnius ad. ii. cum dimidio. Seruatur enim hec proportio circa terminos eclipticos ubiq[ue]: ut in figura. g.f.ad.f.o. sicut. g.n.ad.n.p. sic etiam. f.n.ad.n.m. dum. n.p. sit equalis. f.o. Sic cum. f.n. est. 8.gra. 31.mi. erit. m.n. differencia scilicet. n.p. super. f.o. 45.mi. Ad cognoscendum autem quibus horis et locis eclipsi posse fieri possit: videndum est tempus quinq[ue] mensium maiorum: quod taliter deprehendit. Tempus quinq[ue] mensium equalium habet. 147.dies. 15. horas et medietatem et quartam vnius hore. In hoc: ut patuit: cum luna sit tarda cursu: sol velox: verus motus solis maior: vero motu lune in. 13.g. 18.m quod spaciū dum luna in medio motu perambulat ad solis consecutionē: interea sol duodecimā huius transit. Hoc ergo totum. 14.gra. 24.mi. quod si diuisum per mediū cursum lunc in die fuerit: proueniunt dies vna: bore due




Sextus

et quarta vnius. Luna enī in talibus coniunctionibus fere motu medio mouetur. Differentia ergo quinqz mensium maiorum super quinqz medios est dies vna: hore due et quarta. quare tempus quinqz mensium maiorū fit. 148 dies. 18. hore fere. Liquet igitur: si prima earū fuerit iuxta solis occasum: fiet altera sex horis ante occasum solis. Itē si prima fuerit tribus horis post meridiem: erit altera tribus horis ante meridiem. Item verus motus solis in predicto tempore quinqz mensium maiorum: prout ex ante premissa colligitur: est. 15. gra. fere. quos longitudo propior solis per equa diuidit. que cum nostro tempore sit in p: principio capricorni: fiet locus prime coniunctionis in 15. gra. librae. et locus secunde in. 15. gra. piscium: vel circiter hec loca. In quibusqz igitur climatibns ita accidit: q: 15. gradu librae versus occasum descēdente: item. 15. gradu piscium prope mediū celi existente: diuersitas aspectus lune in latitudine: in uno horum locorum: aut ambob: simul aggregata maior: fuerit. 45. m. in eis. in talibus coniunctionib: fit solis obseruatio super equinoctiali nota in dictis horis et locis coniunctioni: dum diuersitates aspectus in latitudine aggregantur: non attingunt. 45. m. Sed a climate secundo incipiendo: deinde versus arctos. 45. m. transcendunt. Ideoqz in his plagis posibile est videre solis eclypsim bis in quinqz mensibus. quatoqz plaga septentrionalio: tāto possilitas maior: q: diuersitas in latitudine augeatur. neqz hoc contingit: nisi cum luna viā in latitudine fecerit septentrionali a capite versus caudam: ita vt in prima eclypsi fuerit iuxta. e. et in secunda iuxta. f.

Propositio .xiiij.

Olis eclypsim in septem mensibus bis fieri eidem plage terre contingit.

Sint septem menses minores. in his patuit verū argumen-
tū latitudinis lune esse. 208. g. 47. m. Sed arcus. f. d. e. ex pre-
missa est. 192. gra. 24. mi. qui est a termino eclyptico accedente
ad caudam: ad terminū eclypticum recedentem a capite. Lla-
rum est igitur: si luna diuersitatem aspectus in latitudine non habeat: nō est
possibile vt sol bis eclypse in his septem mensib: sez in prima harum coniunc-
tioni et extrema: propterea q: 208. gra. 47. mi. excedant arcum. f. d. e. in. 16
g. 23. m. Arcus aut̄ veri loci latitudinis dispositus: vt punctū. d. quod est ma-
xime latitudinis in meridie diuidat ipsum per equa: distabit quilibet suorum
terminoz a nodo. 14. gra. 23. mi. a latitudine bis correspondente ablata quan-
titate semidiametroz luminariū: excessus bis sumpt: facit. 1. gra. 25. mi. fere.
et tanta est etiam latitudo argumenti latitudinis. 16. gra. 23. mi. vt patet ex
proportione vnius ad. u. et semis. Ita si incipias argumentum verum latitu-
dinis computare a. b. f. procedendo per. d. ipsum excedat arcū. f. d. e. in gra.
dictis: qui sunt. e. n. quare tamen sui latitudo scz. n. p. excedet latitudinē pun-
cti. e. que est. c. o. scz aggregatum semidiametroz luminariū in parte propor-
tionali ad. 16. g. 23. m. fm proportionem vnius ad. u. et semis. et ipsa est. n. m.
vnius gra. 25. mi. Liquet igitur: si in septimo mense eclypsis solis redire de-
beat: q: oportet lunam babere diuersitatem aspectus in una harum coniunc-
tionum: aut aggregatum ex eis in ambabus: que sit maior vno gra. 25. mi.
Videndum est aut̄ in quibus horis et quib: locis id fieri queat. Tempus septē
mensium equalium habet. 206. dies. 17. horas fere. in quo sol tardiori cursu:
luna vero velociori mouet. Et medius solis minor: vero lune in gra. 14. m. 40.
quem arcum cum sua duodecima luna medio cursu perambulat in die vna:




Liber

quinq^z horis. Septem igitur menses minores qui esse possunt: habent dies 20. et horas. 12. quare tempus coniunctionis extreme fiet post dies integros ab hora coniunctionis prime horis. 12. Ideoq^z si p:io: sit iuxta solis ortum: erit altera iuxta solis occasum. Verus autem solis motus in dictis septem mensibus minoribus: ut ex ante premissa colligitur: est. 198. gra. fere. quos auxilium p: me: dium dividit: que nostro tempore in principio canceri fiet locus prime coniunctionis harum circa. 21. gra. piscium: et alterius circa. 9. gra. libre. In plagiis vero septentrionalibus a quarto climate incipiendum in predictis locis et horis contingit ut diversitas aspectus in latitudine: ablata diversitate aspectus solis excrescat super uno gra. 25. mi. Ideoq^z in illis climatibus possibile: ut solis ecclipsis in septem mensibus bis videatur. Necesse est autem: ut id accidat luna in prima coniunctione accedente versus nodum caude: in secunda vero ea a nodo capitinis recedente.

Propositio xiiij.

Clypsim solis in uno mense bis fieri apud homines unius climatis: est omnino impossibile. Liceret ad hoc omnium causarum conuenientia sit impossibilis: ponamus tamen ad imaginationem causas congregatas esse scilicet ut luna sit in coniunctionib^z in longitudine propiori: et sic maximam diversitatem aspectus in latitudine habeat. et ut sit lunatio minima q: est: possit. et sic motus veri argumenti latitudinis in mense fiat minimus. et minimu addat super arcum circuli declivis inter duos terminos ecclipsis solaris contentum. et ut sint coniunctiones ille in horis et locis quibus maxime fient diversitates aspectus. Quia itaq^z in uno mense equali medius motus luminarii est. 29. gra. 6. m. et argumentum lune. 25. g. 49. m. Sit ut longitudo longior solis per equa hunc arcum medijs solis dividat: et longitudo propior lune argumentum lune etiam per equa dividat. Fiat ut equatio solis hincinde sumpta minuet ex medio solis. 1. gra. 8. mi. et argumentum lune addet. 2. gra. 28. m. Equationes autem ille giuncte faciunt. 3. g. 36. m. huius duodecima pars: scilicet. 18. m. si addita equationi solis fuerit: producitur 1. gra. 26. m. scilicet differentia qua verus motus solis in minimo mense deficit a medio motu solis in mense equali. sed tantum etiam fere differt argumentum latitudinis verum in minimo mense ab argumendo latitudinis medio in mense equali. Argumentum autem latitudinis medijs in mense est. 30. g. 40. m. Ideoq^z cursus verus latitudinis in mense minimo est. 29. gra. 14. m. Ponamus autem ut hunc nodus per equa dividat: habebit unusquisq^z terminorum suorum latitudinem unius gra. 16. m. et medijs fere. que duplicata facit. 2. g. 33. m. fere: scilicet latitudinem argumenti. 29. gra. 14. m. sicut proportionem sepe dictam. Aggregatum autem semidiometrum luminarium luna in longitudine propiori existente: est. 33. m. que ablata a gradu uno et. 16. m. et medio: relinquuntur. 43. m. que ab utraq^z parte sumpta nodi: id est bis sumpta: faciunt unius gra. 27. m. fere. Non est igitur possibile: ut sol bis eclypsetur in mense uno: nisi ut luna nullam habeat diversitatem aspectus in latitudine in una coniunctione: et in altera diversitatem aspectus habeat maiorem. 1. gra. 27. m. Aut si ei in utraq^z coniunctione diversitas aspectus sit in eandem partem: et differetia ipsarum maior: 1. g. 27. m. Aut si ei in utraq^z coniunctione diversitas aspectus sit in partes contrarias: et aggregatum ipsarum sit maior: 1. g. 27. m. Oportet enim in ecclipsibus: ut latitudo visa in utraq^z coniunctione sit minor: aggregato semidiame-




Sextus

tro:um. quod fieri non potest in his coniunctionibus: nisi conditiones iam dicte scriventur. Est etiam opus: ut latitudo lune vera in prima: cum latitudi ne lune vera in secunda simul perficiant. 2.gra. 33.mi. que est latitudo veri ar- gumenti latitudinis in mense mino:ri. Verum non est locus in terra: in quo di- versitas aspectus lunc ad solem in latitudine sit maior. 1.gra. 27.mi. nec est lo- cus in quo in utraqz coniunctione differentia diuersitatum aspectus in lati- tudine in eandem partem sit maior. 1.gra. 27.mi. Si igitur debet in uno me- se bis eclipsari sol: oportet ut diuersitas aspectus in utraqz coniunctione sit in partes contrarias. et aggregatū eorum sit. 1.gra. maius: 7. 27.mi. Sub equi- noctiali aut maxima diuersitas aspectus in latitudine maior non est. 25.mi. in quamcūqz partem. neqz in aliquo septem climatum: versus septentrionē pcedendo diuersitas aspectus in latitudine maior est gradu uno. quare non est possibile: ut vni plage terre sol bis uno mense eclipsif. Nihil tamen pro- babet homines vnius habitabilis plage eclipsim solis videre: et in sequenti coniunctione alterius plage homines etiam eclipsim habere: qd ambo diuer- sitates aspectus eis contingentes in partes contrarias: simul maiores esse pos- sunt. 1.gra. 27.mi. vt si vna plaga esset ad meridiem ab eqto: ad septentrio- nem alia. Datet igitur: non esse possibile: qd in uno mense sol bis eclipsetur apud homines vnius climatis aut diuersorū: dū ab eadem parte equatoris sint. Contingens tamen est in locis contrarioz situū ab equatore.

Propositio xv.

Ransitum lune in circulo declini inequales arcus in eclyptica secare: verum differentia longitudinū in ambobus circulis admodum paruam esse.

Ca nodo. a. sint duo arcus sumpti: eclyptice quidem. a.g. cir- culi declini lune. a.b. Sit aut luna in. b. procedat a punto. b. arcus circuli magni perpendicularis super eclypticam: qui sit b.g. Palā est: qd verus locus lune in eclyptica est in punto. g. Dato aut arcu a.b. per scientiam datā de ascensiō nibrectis: notus erit arcus. a.g. qui semp erit minor arcu. a.b. et scientiam. 24. tertij. huius maxima differentia que in- ter hos esse potest: reperitur. 6.mi. et hoc dum arcus. a.b. est circiter. 45.gra. et latitudo maxima lune supposita est iam. 5.gra. In terminis vero eclypticis differentia arcū. a.b. et. a.g. maxima esse potest. 4.mi. vt si arcus. a.b. sit. 20. gra. reperies. a.g. esse. 19.gra. 56.mi. Est enim propo:ratio sinus. b. 3. ad sinū. 5. sicut propo:ratio sinus. b.a. ad sinū. a.g. dummodo. 3. sit polus eclyptice. et. a.f. et a.l. quarte. Logniti aut sunt. b. 3. et. 3. f. et. b.a. Nam. l.f. est. 5.gra. et propo:ratio sinus. a.f. ad sinum. f.l. sicut propo:ratio sinus. a.b. ad sinum. b.g. sic dum. a.b. est. 20.gra. b.g. est vnius gra. et. 42.mi. Item a punto. g. cadat perpendicularis super. a.b. que sit. d.g. quia propo:ratio sinus. a.l. ad sinum. l.f. sicut propo:ratio sinus. a.g. ad sinum. g.d. inuenies. g.d. insensibiliter differre a.g.b. Nam dum. a.b. est. 20.gra. reperies. g.d. esse. 1.gra. 42.mi. fere. Nihil erroris sensi- bilis sequitur: si loco arcus. g.d. in eclypsibus sumatur arcus. g.b. etiā si loco arcus. a.d. sumatur arcus. a.b. quoniam si. g. sit centrum solis vel umbre: fieri b. verus locus lune in vera applicatiōe. Sed. d. vero lune in medio eclypsis est: tamen possibilis est arcū. g.d. et. a.d. sciētia: vt iam ostensum est de arcu g.d. Arcū aut. a.d. inuenies per viam: qua inueniente sunt ascensiones recte ex arcu. a.g. iam noto: vel quia sinus cōplementi. d.g. ad sinū complemēti. g.a. propo:ratio sit sicut sinus totius ad sinum complementi. d.a. Si tamen quic:



Liber

dicit Ptolemeus: huius rei scientiam exactam querat: multo iustius illum
difficultas operis angat q̄ vtilitas delectet.

Propositio xv.




Neclipsi lunari ex latitudine lune in medio eclypsis: et aggregato semidiametrorum lune et umbre digitos eclyptice prenoscere.

Sit circulus designans umbram in loco transitus lune. b. f. Semidiameter eius. a. b. semidiameter autem lune sit linea. b. c. ita ut aggregatum ambarum semidiametrov sit. a. b. c. portio eclyptice. a. d. circulus lune declivis. d. e. in quo locus lune in medio eclypsis sit. c. Si itaq̄ latitudo lune. a. e. sit equalis aggregato semidiametrorum sc̄z. a. c. constat q̄ luna cōtinget circulum umbre: et nihil eius eclypsabit. **S**ed si latitudo lune. a. e. sit minor: linea. a. c. ita tamen ut sit maior: linea. a. b. fiet eclypsis lune partialis. Ideo sublata latitudine. a. e. ab aggregato semidiametrov sc̄z. a. b. remanebit. e. b. que est equalis. f. g. parti diametri lune eclypsate. et cū tota diameter lune sit nota: constituta ipsa. 12. digitorum: constabit quot digitorū sit. f. g. hoc sit si duxeris. f. g. in. 12. et productum diuiseris per diametrū lune. **S**i autem latitudo lune minor: esset semidiametro umbre in quantitate: semidiameter lune fieret eclypsis totalis sine mora: et sic esset. 12. digitorū. **N**on vero semidiameter umbre excedit latitudinem lune in pluri q̄ semidiametro lune: tunc fit eclypsis totalis cum mora. Quando autem luna careret latitudine: tunc in medio eclypsis centrum eius esset centrū umbre: fieretq̄ eclypsis lune maxima q̄ possibilis est: precipue si foret cursu tarda. Quando itaq̄ voles inuenire digitos eclypticos: aufer latitudinem lune ab aggregato semidiametro: reliquū duc in. 12. et diuide per diametrum lune: si prouenient pūcta pauciora. 12. erit eclypsis partialis. si precise. 12. erit vniuersalis: sed sine mora. si plura. 12. erit vniuersalis cum mora. Conuersa huius quoq̄ nota est. cū velis ex digitis eclypticis et semidiametris lune et umbre latitudinem lune in medio eclypsis cognoscere: duc digitos in diametrum lune visualem: et diuide per. 12. quod exit aufer ab aggregato semidiametro: et manebit latitudo quesita. huius argumentum: hoc est distantiam a nodo reperies vel per tabulas latitudinis lune: vel per proportionē viuus ad. ii. et semiis. Vel precius: si voles per triangulum sphaerale. a. e. d. ex angulo. d. et laterc. a. e. et angulo. e. inuenies latus. a. d. binc. e. d. quod queritur. Verum in precedenti ostensum est: ea insensibiliter differre.

Propositio xvij.

Inuita casus: minutaq̄ more: cum morā habet: in eclypsi lune determinare.

Sit. a. centrum umbre in eclyptica. a. b. circulus lune declivis. b. e. in quo sit in p: incipio contactus lune et umbre centrū lune. g. e. **V**o centrū lune in medio eclypsis. erit. a. e. ex premissis orthogonaliter super. b. f. minuta itaq̄ casus que queruntur sunt arcus. g. e. cui sit equalis arcus. e. f. eritq̄ fere eclypsis finis in. f. et principium in. g. ductis arcibus magnis. a. g. et. a. f. fiet tam. a. g. q̄. a. f. aggregatum ex semidiametris umbre et lune. et. a. e. latitudo lune in medio eclypsis: vel arcus parū ab. e. a. differens: ex ante premissa notus. Si tribus arcibus





Sextus

trianguli. a.e.g. utaris tanqz rectis lineis : nihil diuersitatis erronee sequet propter earum paruitatem. Ideoqz quadratū. a.e.afer a quadrato. a.g. et remanebit qdratū. e.g. qre. e.g. notus: qui querebas. Sit si luna eclypsabit eū mora: sit. m. centrū lune in principio totalis obscuratiois: et. n. centrū eius in fine totalis obscurationis: sicut centrum. e.m. sere equale. e.n. et vterqz horū arcuū dicif minuta more: et erit. a.m. aut. a.n. excessus semidiametri vmbre supra semidiametru lune. ideo notus fiet. Et sic ex arcubo. e.a. et. a.m. modo predicto inuenies quantitatatem arcus. e.m. Verum si precisionem sequi placet: poteris ex scientia trianguli sphericalis. e.a.g. cui^o duo latera. e.a. et. a.g. et angulus. e. rectus nota sunt: inuenire quantitatatem arcus. e.g. Est enī propo-
tio sinus complementi. a.g. ad sinum complemeti. e.g. sicut propo-
tio sinus complementi. e.a. ad sinum totum. Quidam minuta casus et more: que p
viani rectarum linearum inuenierunt: definitio: a sic reddunt. Sit eclyptica
a.b. in qua. a. centrum vmbre. Aggregatum ex semidiametris vmbre et lune
sit. a.m. et via obliqua lune. b.m. z.t. sitqz. m. centrū lune. in cōactu vmbre
z. centrū lune in oppositione vera. et. t. centrū lune in contactu vmbre postqz
liberata est eclypsi. a.d. orthogonalis super. a.b. erit in oppositione vera la-
titudo lune. a.z. Ex minutis itaqz casus prius inuentis: dum duodecimam
sibi superadijcties: addiscas argumentum latitudinis ad principium et fine
eclypsis: scz minuta casus cum sua duodecima auferendo ab argumento lati-
tudinis. a.z. et eidem addendo. Ex quibus habebis latitudines lune ad prin-
cipium et finem eclypsis. Ad principium sit. a.e. ad finem. a.d. ex. e.a. et. a.m.
propter rectum angulum. e. nota fiet. e.m. et ex. m.e. et. e.z. nota fiet. z.m.
minuta casus a principio eclypsis ad veram oppositionē. Similiter ex. t.a.
et. a.d. propter angulum. d. rectum nota fiet. t.d. ex. qua et. d.z. nota erit. z.t.
scz minuta casus a vera oppositione ad finem eclypsis. Simili via de minu-
tis more procedunt. Verū vt sepius ostensum est in autepremissa: parum vti-
litatis hoc opus assert. Si tamen vtiqz precisionē amas: age opus fm viam
ante premissē: vt arcum inter verum locum oppositionis: et locū mediū ecly-
pis cognoscas: et tunc inuenias cuncta definitiora.

Propositio xvij.

Bia tempora in eclypsi lune particulari: seu quinqz
in vniuersali diffinire.

Si nō habet moram: tria tempora reperies: scz principium
medium et finem. Veram oppositionem habes ex dictis: qnib ni-
bil vel parum a medio eclypsis differt. si tamen differt: et vo-
les precisius definire: mediū ipsuz ex doctrina data in. 15. hui^o
cognoscet arcum. b.d. in figura eiusdem et cum sua duodecima diuide pmo-
tum lune in hora: vel ipsum solum per superationē lune in hora diundet et exi-
bit tempus inter veram oppositionē et mediū eclypsis. ex quo cognoscet me-
dium eclypsis. Item minuta casus diuide p superationē lune in hora: et exi-
bit tempus a principio ad medium. tantum quoqz est a principio ad finem.
Si moram habet: habebit tempora quinqz: scilicet principium contactus
vmbre: principium totalis obscurationis: medium et finem totalis obscura-
tionis: et finem eclypsis. Principium et finem reperies vt antea. Deit. de di-
videm minuta more per superationem lune in hora: et exhibet tempus quod est



Liber

a principio totalis obscurationis ad mediū eclipsis. et tantum est a medio ad finem totalis obscurationis. Ex his facile habebitur locus lune in punctis horum temporum: siue minuta casus cum sua duodecima addendo ad locum lune in medio eclipsis: et deinde dividendo. Item minuta more cum sua duodecima addendo ad locum lune in medio eclipsis: aut demendo. Siue velis agere per tempus casus et tempus more: multiplicando ipsum per motum diuersum lune in hora: et productum addendo et demendo: ut dictum est. Ex his quoqz latitudines lune ad principia et fines facile addiscas.

Propositio xix.

Visum locū lune in eclyptica ex vero eius loco dato ostendere.

Ad instans datū diuersitatē aspectus lune in lōgitudine ex pmissis libroqnto bni collige. Et si luna fuerit inter ascēdens et nonagesimū gradū ab ascēdente: diuersitatē aspectū lune in in lōgitudine adde sup vero loco eius ad instās datū: et exhibet locus eius visus. Sed si luna fuerit inter gradum occidentem et nonagesimū gradū ab ascēdente: diuersitatē aspectus dictam minues ex vero loco lune: et proueniet quod queris.

Propositio xx.

Altitudinem lune visam comprehendere.

Ex priorib habeas latitudinē lune verā ad instans datū: et diuersitatē aspectū in latitudine. Et si ambo fuerit i eandē pte ab eclyptica: vna alteri iūge. si diuersaz ptiū: minorē a maiori deme: et relinquet latitudo lune visa ei⁹ partis cui⁹ maior: fuit.

Propositio xxii.

Otum lune visum in hora assignata perpendere.

Per ante pmissā ad pncipiū hore assignate repias visū locū lune. Et p eadē ad finē hore date inuenies qz visū locū lune. Et dīa horū est qd cupis. Vel considera p p̄dicta ad pncipiū: sūr ad finē hore diuersitatē aspectū in lōgitudine. Et si diuersitas hore ad pncipiū sit maior: qz diuersitas ad finē hore: differētiā ipsarū minue a motu vero lune in hora. Si autē diuersitas ad pncipiū hore sit minor: diuersitate ad finē hore: differētiā ipsarū adde motui vero lune in hora: et p̄dibit motū visus lune in hora. Et hoc si luna fuerit inter ascēdēs et. 90. g. Lū vō luna fuerit inter. 90. g. ab ascēdēte et gradū occidēte: si diuersitas ad pncipiū hore sit maior: diuersitate ad finē hore: differētiā ipsarū adde vero motui lune in hora. Si autē diuersitas ad pncipiū hore sit minor: diuersitate ad finē hore: dīaz ipsarū minue a vero motu lune i hora: et pueniet visus motū lune i hora. Sūr repies superationē lune visā in hora: sumēdo loco motū veri superationē veram in hora.


Propositio xxiii.

Oniunctionem luminarium visibilem diffinire.

Ad tps vere p̄iūctiōis p̄cedētes doctrinas repias diuersitatē aspectū lune ad sole i lōgitudine. si ea fuerit sūm successionē signoz. id accidit dū locus p̄iūctionis fuerit inter ascēdens et 90. g. ab ascēdente: p̄iūctio vera visibilem sequit. Et cū in ho-

Sextus

rizonte maio: ptingit diuersitas aspectus in longitudine: fiet diuersitas ipsa
 in hora visibilis coniunctionis maior: q̄z in hora vere coniunctionis. Si aut
 ea fuerit contra successionem signorum: id accidit dum locus coniunctionis
 fuerit inter gradum occidentem & nonagesimum gradum ab ascendentem: cō
 iunctio vera visibilē precedit. Et cū iterū in horizonte maio: fuerit & ptingit
 diuersitas aspectus in longitudine: fiet ipsa diuersitas in hora visibilis con/
 iunctionis iterum maior: q̄z in hora vere coniunctionis. Si autem nulla esset
 diuersitas aspectus in longitudine: quod solum accidit quando locus coniunc/
 tionis est in nonagesimo gradu ab ascendentem: tunc simul fiet coniunctio vi/
 sibilis & vera. Intelligamus itaq̄z quartam ecliptice ab horizonte ad no/
 nagesimum gradū ab ascendentē. g. v. ita vt in horizonte sit. g. in nonagesimo
 gradu. v. in qua q̄ta locus vere coniunctionis sit. l. & tūc sit diuersitas aspectus
 in longitudine arcus. l. m. locus solis quidem visibilis. r. locus lune visibilis
 m. propositum est inuenire punctum ecliptice: in quo cum luna sit sm verita/
 tem: locus visus eius sit super. r. Erit autē diuersitas aspectus lune ad solem
 arcus. r. m. huic equalis sit. l. c. ad partem oppositam. Quando igitur luna
 fuit in. c. si diuersitas aspectus eius est equalis arcui. l. m. seu. c. r. c. est punctus
 quesitus. Sed luna existētē in. c. quia tunc vicinior horizonti fuit: diuersitas
 aspectus eius in longitudine maio: fuit q̄z dum est in. l. Sit itaq̄z lune in. c.
 existētē diuersitas. c. p. q̄ est maior prior in arcu. e. p. huic equalis sit. c. q. in
 contrarium successionis. Si ergo luna existētē in. q. haberet diuersitatē aspe/
 ctus in longitudine arcus. q. c. q̄. esset punctus quesitus. Sed cum sit vicinior
 horizonti dum est in. q. erit eius diuersitas aspectus maio: arcu. c. p. aut. q. r.
 Sit itaq̄z tunc. q. f. excedens. q. r. in arcu. r. f. hinc. r. f. equalis. q. s. In cōtra/
 riū successionis dico esse. s. punctum quesitū. Nam si luna fuerit in. s. sm
 verum locum: erit locus eius visus super. r. fere: aut insensibiliter ab eo diffe/
 rens. P̄c̄cisius tamen habebis: si. q. s. facies equalcm. r. f. & tanti parti. r. f.
 quāta ipsa. r. f. est pars. r. p. Simili via procederes in reliqua quarta eclipti/
 ce. Est igitur opus tale: Diversitatem aspectus in longitudine lune ad solem
 sc̄z arcum. r. m. diuide per motum verum lune in hora: et tempus quod exit
 auer ab hora vere coniunctionis: si fuerit ante nonagesimum gradū ab ascen/
 dente. vel adde idem sibi si post. & ad tps iam proueniēs queras diuersitatē
 aspectus in longitudine: que est arcus. c. p. eius differentiam ad primam di/
 uersitatem: que fuit. c. r. sc̄z arcum. r. p. diuide per motum lune in hora: & tem/
 pus proueniens iterum adde vel minue vt antea a tempore cum quo secun/
 dam diuersitatem quesuisti. & ad tempus iam proueniens tertio queras di/
 uersitatem aspectus in longitudine: que est arcus. q. f. eius differentiam ad se/
 cundam diuersitatem: que fuit. q. r. est. r. f. Super. r. f. si sensibilis quātias sit
 iungamus tantam partem. r. f. quanta est. r. f. pars. r. p. vt. r. f. cum parte sua
 sit equale. q. s. erit itaq̄z. s. r. diuersitas aspectus lune in longitudine in hora
 visibilis coniunctionis fere. diuide arcum. s. r. per motū lune in hora: & tem/
 pus minue vel adde ad tempus vere coniunctionis: vt antea dictum est: & exi/
 bit coniunctio visibilis: que querebatur. Vel sic agas & facilius Ad horā vere
 coniunctionis queras diuersitatem aspectus lune in longitudine: & motum
 eius visum in hora: agendo in hoc per horam antecedentem veram coniun/
 ctionem: si sit ante nonagesimum gradum. aut sequentem: si sit post nonages/
 im gradum. diuidasq̄z diuersitatem aspectus in longitudine per motum
 visum lune in hora: & exhibet tempus distantie visibilis coniunctionis a vera.
 quod adde vel minue: vt antea dictum est: ad idem tempus visibilis coniun/
 ctionis



etionis si certio: fieri velis: queras vera loca luminariū: et diuersitatem aspectus lune ad solem. Q[uod] si distantia verorum locorum luminariū equalis fuerit diuersitati aspectus lune ad solem in longitudine: certum fuit opus. si disferant: repete opus donec ita fiat. Nam necesse est in visibili coniunctione ut predicta duo concordent: ut in figura. Sit in circulo altitudinis luna sibi veritatem in o. sibi visum in n. Sol sibi veritatem in s. sibi visum in m. Locus lune verus in ecliptica t. designatus per arcum a polo ecliptice venientem. x. o. t. Visus autem locus lune in ecliptica sit. i. designatus quoq[ue] per arcum ecliptice a polo venientem. x. i. n. Si visus locus Solis fuerit super hoc arcu: tunc fit visibilis coniunctio. et diuersitas aspectus lune ad solem in longitudine erit tunc arcus. t. s. Et ipse est etiam distantia verorum locorum luminarium. In his scias: ut superius dictum est: q[uod] angulus. a. t. z. si sumptus sit loco anguli. q. n. o. et arcus. o. n. loco arcus. t. i. Similiter. q. t. pro. n. i. m. p. pro. i. nihil sensibilis differentie fiet.

Propositio xxiiij.

Igitos eclypsis solaris prenoscere.

Dad horam visibilis coniunctionis reperias latitudinem lune visam: similiter diuersitatem aspectus solis in latitudine visam. Ex his scies distantiam centrorum sibi visum. Item inuenias quatitates semidiametro: um visualium. Si itaq[ue] aggregatum semidiametro: um visualium fuerit equale distantie centrorum sibi visum: non fiet eclypsis ad tuam regionem: licet lunam sol quo ad visum contingat. Si aggregatum semidiametro: um sit maius: aufer distantiam centrorum ab eo: et remanebit pars diametri solis eclypsata. ipsa multiplicata in duodecim: et divisa per diametrum solis visualiem: ostendit digitos quesitos. Et si nulla esset distantia centrorum visualis: centrum lune fieret sibi visum centrum solis: et continget maxima eclypsis: precipue si sol esset in auge eccentrici: et luna prope oppositum augis epicycli. Nam tunc tota luna totū solem obtenebaret: et in obscuratione morā ficeret. Ratio operis est in figuris: ut sit circulus. a. c. solis super. b. cētro. et. d. f. lune super. e. cētro: aggregatum semidiametro: um est. e. d. et. b. c. a quo si sublatum fuerit. b. e. remanebit. c. d. pars semidiametri solis eclypsata. Si aut. e. coinciderit cu. b. eclypsabit de diametro solis tantū quantum diameter lune occupat. Hanc quoq[ue] sicut. 16. huius conuertere poteris ex digitis et semidiametro: um aggregato datis: distantiam centro: um eliciendo.

Propositio xxvij.

Heclypsi solari minuta casus elicere.

Heclypsi solari minuta casus elicere. Quadratum distantie centro: um in medio eclypsis aufer a quadrato aggregati semidiametro: um residui. Radix ostendit minuta quesita. Ratio est eadē que in decimaseptima huius. Et si precisionis labor tibi placet: poteris vti scientia trianguli sphericalis. Nam latus. g. a. est aggregatum semidiametro: um lune et solis. a. e. est distantia centro: um in medio eclypsis: et angulus e. est rectus. igitur.

Propositio xxv.

Sextus

Ria tempora eclipsis solaris extrahere.




CMinuta casus diuide p superatione lune in hora: et exibit tempus a principio ad mediū: et tantū nūc supponit a medio ad finē: vel addē minutis casus suā duodecimā: et habebis visum motū lune a principio ad mediū: et a medio ad finē. hūc motū cōverte in tps: diuidēdo ipsum p motū lune visum in hora.

Propositio xxvi.



Ec tempora definitiora reddere.



Quia diuersitas aspectus lune in longitudine variatur in principio: in medio: et in fine eclipsis. et tñ arcus visus motus a principio ad mediū sit equalis arcui motus visus a medio ad finē: sit in descriptione horū arcuū sūm visum diuersitas: ita vt 3 arcus sint eqles: tñ in diuersis tpsibꝫ videant sūm visū describi. Sic tps ab initio ad mediū erit aliud a tpe a medio ad finē. **S**it igit̄ arcus veri motus lune a principio ad finē eclipsis. a.b.c. ita vt in principio sit sūm veritatē in a. in medio in b. in fine in c. Sed sūm visum in principio sit in g. in medio in e. in fine in f. Sit motus visus a principio ad finē. g.f. erit aut̄. g.e. insensibiliter differens ab. e.f. propter aggregatum semidiametroꝫ in principio et fine insensibiliter variatū. Si diuersitates aspectus in lōgitudine sint sūm successionē signoz: qd accidit ante. 90. g. ab ascēdēte: oportet vt a.g. sit maior. e.b. Sic motus verꝫ a principio ad mediū: maior est motu viso in eodē tpe in tāto in quāto. a.g. excedit. b.e. Aufer igit̄ diuersitatē. e.b. a diuersitate. g.a. et residuū adde cū. e.g. exibit. a.b. qd diuide p motū lune veruz in hora: et exibit tps quo luna sūm visum trāsit. a.g. in e. **S**ic ex diuersitatibꝫ f.c. et. e.b. inuenies arcum. b.c. et tps suū. Si vo diuersitates aspectus in lōgitudine faciunt ptra successionē signoz: qd fit post. 90. gradū: erit. a.g. mino: b.e. et. b.e. minor. c.f. Sic iterū verus motus lune a principio ad mediū: maior est viso motu lune in eodē tpe: in differētia. b.e. et. a.g. diuersitatū: q̄re aufer. a.g. a b.e. residuū adde cū. g.e. et p̄dibit. a.b. quē diuide p verū motū lune in hora: et exibit tps quo luna sūm visum a principio eclipsis cadit in mediū eclipsis. **S**ic ex differētia diuersitatū. c.f. et. b.e. et arcu. e.f. inuenies tps quo luna a medio eclipsis ad finē sūm visum excidit. Ex his p̄stat: q̄ si differētia diuersitatū aspectus in lōgitudine in principio et medio eclipsis sit eqles differētia diuersitatū aspectus in lōgitudine in medio et fine: tps incidētie eqle est temporī excidētie. Id aut̄ p̄tingit: si mediū eclipsis in. 90. gradu ab ascēdente fiet. Qn̄ vo differētia diuersitatū aspectus in lōgitudine in principio et medio eclipsis sit mino: differētia diuersitatū aspectus in lōgitudine in medio et fine: qd accidit ante. 90. gradū: tps incidētie minus est tpe excidētie. Sed qn̄ differētia diuersitatū in lōgitudine in principio et medio eclipsis fu erit maior: differētia diuersitatū aspectus in lōgitudine in medio et fine eclipsis: qd fit post. 90. gradū: tps incidētie maius est tpe excidētie. Q̄ aut̄ diffirentie diuersitatū aspectus in longitudine versus. 90. gradū: maiores sint qz versus ascendens vel occidens: trahit ex sciētia anguloz in secūdo huiꝫ: et tabulis suis. Ut aut̄ b: eius singula complectant̄: minuta casus diuide p superatione lune visam in hora repertā ad principiū eclipsis: et pueniet tps incidētie in mediū eclipsis. Itē diuide ea p superatione lune visam in hora repertā ad mediū eclipsis: et pueniet tempus excidētie a medio eclipsis.



Propositio xxvij.



A eclypsi partiali ex digitis diametri eclypsatis
 quantitatem superficie eclypsatam metiri.
 Sit circulus. a.b.g.d. representans solem in eclypsi solari:
 aut vmbra in eclypsi lunari. Circulus vno. a.b.g.z. sit lune. Len-
 trum solis aut vmbre sit. e. lune vno. t. puncta vno. z. d. de diametro
 solis aut lune sunt data. propositum est invenire quantitatem supfi-
 ciei ovalis figure. a.d.g.z. in proportionem ad totam superficiem circuli. a.b.g.d.
 in eclypsi solari: aut. a.b.g.z. in eclypsi lunari. Quia linea. e. t. scz que est inter
 duo centra in medio eclypsis est nota ex pmissis: scz ex punctis datis: et etiam se-
 midiametris. ductis aut lineis. e. a. a. t. g. e. g. t. et. a. g. secate. e. t. in. k. erunt. e.
 a. et. a. t. note: quia semidiameter solis: aut vmbre et lune visuales. In trian-
 gulo autem. a. e. t. differentia quadratorum. a. e. et. a. t. diuisa per. e. t. producit
 differentiam linearum. e. k. et. k. t. quare. e. k. et. k. t. note fient. et quoniam an-
 guli. a. d. k. recti sunt: ideo nota erit. a. k. q. est equalis. k. g. quare uterque trian-
 gulum. e. a. g. et. t. a. g. notus: prout communis mensura quadratellum. vnius
 partis talis qualium. e. a. a. t. et. t. e. sunt notarum partium. Item ex propo-
 sitione. e. a. ad. a. k. notus erit arcus. a. d. g. per tabulam sinus. Similiter ex pro-
 portione. t. a. ad. a. k. notus erit arcus. a. z. g. prout circumferentia circuli est. 360.
 gra. proportio denique circumferentie circuli ad diametrum: vt ostendit Archi-
 medes: est mino: q. tripla sexquiseptima: et maior: q. tripla superparties. 10.
 septuagesimas primas. Inter has aut media proportio est triu partiū. 8. mi-
 30. secū. ad viam partē. Ex hac itaque et notis semidiametris. e. a. et. a. t. note
 erunt periferie circulorum. a. b. g. et. a. b. g. et ex proportione arcus. a. d. g. aut
 a. z. g. ad totam periferiam: noti erunt arcus. a. d. g. et. a. z. g. in partibus qui
 bus. e. a. et. a. t. note erant. Ex ductu autem. e. a. in. a. d. consurgit sector. e. a. d. g.
 similiter ex ductu. t. a. in. a. z. consurgit sector. t. a. g. z. quare sectores noti fient
 in partibus quibus iam trianguli. e. a. g. et. t. a. g. noti erant. Sed ablato tri-
 angulo. e. a. g. a. sector. e. a. d. g. manet portio arcus. a. d. g. et chorda. a. g. con-
 tenta: igitur ipsa nota fiet. Similiter portio arcus. a. z. g. et chorda. a. g. con-
 tenta innotescet. quare tota figura ovalis. a. z. g. d. nota fiet. Quare cum in
 eisdem partib. sit etiam nota superficies circuli. a. b. g. quia fit ex ductu. e. b.
 in semiperiferiam. d. a. b. nota fieri: proportio ovalis figure. a. z. g. d. ad totam
 superficiem circuli solaris. a. b. d. g. Similiter in eclypsi lunari nota erit eius
 proportio ad. a. b. g. z. superficiem circuli lunaris: quod fuit ostendendum. Ex
 plum Ptolemei: Semidiameter solis. e. b. est. 15. mi. 40. secun. quam seruat
 inuariatam. Semidiameter lune visualis in longitudine media epicycli est
 16. minu. 40. secun. quare sic hanc proportionem dum. b. d. est. 12. digiti. erit
 3. b. 12. digiti. et. 20. minu. fere. Ponamus autem vt. 3. d. sit tres digiti: quare
 e. z. erit quoque tres digiti. et. 3. t. est sex digiti: decem minuta. ideoque e. t. erit no-
 uem digitorum: decem minutorum. quadratum. e. a. est triginta sex digiti qua-
 drati. et quadratum. t. a. est. 38. 2. m. fere. differentia horum est. 2. digiti. 2. mi-
 diuisa per. e. t. scz. 9. digitos. 10. mi. erit differentia. e. k. et. k. t. 13. mi. 18. secun.
 quare. e. k. erit. 4. digiti. 28. m. et. k. t. 4. digiti. 42. mi. Ex his igitur fiet utraqz
 linearum. a. k. et. k. g. 4. digitorum. ergo triangulus. a. e. g. est. 17. digiti qua-
 drati: et. 52. m. et triangulus. a. t. g. 18. digiti. 48. m. Ex proportione autem. e. a. ad
 a. k. dum. e. a. est. 60. erit. a. k. 40. quare arcus. a. d. est. 41. g. 49. m. put circumfe-
 rentia circuli habet. 360. g. Sic ex proportione. t. a. ad. a. k. que est sex digitorum.
 10. m. ad. 4. digitos: dum. t. a. est. 60. erit. a. k. 38. et. 55. m. ergo arcus. a. z. est. 40.



Sextus

gra. 26. m. Item sicut proportionē vnius ad. 3. 7. 8. m. 30. secun. dum. e. a. est. 6. erit periferia. a. b. g. d. 37. digiti. 42. m. Et area circuli solaris. 13. digiti qua drati. 6. m. & sicut eandem proportionem dum. t. a. est. 6. digiti. 10. m. fiet peri feria. a. 3. g. b. 38. digiti. 45. m. Et area circuli lunaris. 19. digiti. 29. m. Pro portio aut̄ piferie. a. b. g. d. se habet ad arcū. a. d. g. sicut area circuli ad areā sectoris. a. e. g. sed. e. a. est. 180. a. d. 41. gra. 49. m. Ideo area sectoris. a. e. g. est 26. digiti quadrati: 7. 15. mi. fere. Similiter sector. a. t. g. fiet. 26. digiti. 51. mi. Sed area trianguli. a. e. g. fuit. 17. digiti. 52. mi. ergo portio. a. d. g. k. est. 8. digiti. 3. m. igitur area ovalis. a. 3. g. d. est. 16. digiti superficiales. 26. m. Superficies aut̄ dicti circuli. a. b. g. d. fuit. 13. digiti. 6. mi. quam si constitue mus. 13. digitos: erit ovalis. a. 3. g. d. digit⁹ vn⁹. 45. mi. fere. quod est intentū.

Propositio xxviii.

Quantitatē anguli ex eclyptica & circulo per ambo centra luminariū vel lune & vmbre transeunte prouenientis inquirere.




Non queruntur bi anguli nisi ad principia eclypsium & fines: & principia more & fines in luminarib⁹. Sit igit̄ in eclypsi lunari in principio totius centrum vmbre punctum. a. in eclyptica. b. a. & portio circuli declivis lune sit. e. g. que est tanq̄z equidistet eclyptice: propter paruitatem arcus eius. In principio eclypsis sit luna super. c. in principio more super. d. in medio super. g. productis lineis. a. e. a. d. a. g. propositum est inuenire angulum. b. a. e. item angulum. b. a. d. Est aut̄ angulus g. insensibiliter a recto differens. et. a. e. est aggregatum semidiametroū lune & vmbre. a. d. aut̄ semidiameter vmbre minus semidiametro lunc. a. g. vō latitudo lune in medio eclypsis: que nota sunt. In trigono itaqz. e. a. g. p: o: portio laterum. e. a. a. g. nota. ergo tanq̄z in rectilineo notus erit angulus. a. e. g. qui est equalis angulo. e. a. b. quesito. Similiter per trigonum. d. a. g. notus erit angulus. a. d. g. e. q̄lis. d. a. b. quesito. In medio vō eclypsis talis angulus rectus est. similiter in eclypsi solari. a. e. erit aggregatum ex semidiametris. et. a. g. distantia duorum centrorum in medio eclypsis: ex quibus notus quoqz fiet angulus. a. e. g. Sed melius est: vt agas in principio eclypsis per aggregatum semidiametroū: & latitudinem lune veram aut visam. in principio eclypsis & in principio more per semidiametrum vmbre minus semidiametro lune: & latitudinem lune veram in principio more. & fiet opus precisius. Verum si omni precisioni inniti voles: fac opus per scientiam triangulorū sphaericalium. Hecit enim Ptolemeus tabulam horum angulorū: in quam fit introitus cum digitis eclypticis. & supposuit lunā in longitudine media eclycli. Ex digitis enim & aggregato semidiametroū reperit arcum. a. g. cum quo egit ut dictum est.

Propositio xxix.

Lexus tenebrarū ad quam partē accedēt in eclypsi determinare.

Evidentie gratia sit eclypsi lunari circulus vmbre sup centro. a. in eclyptica. b. a. c. & propter angulos quib⁹ precedēs doctrina fuit assignādos: sit circulus. d. n. e. cuius polus sit. a. Si itaqz luna in aliquo priorum temporū eclypsis fuerit super. b.

b 4



flexus tenebre eius respiciet versus orientem ad punctum.e. Et cōtra:in ali/ quo temporum posteriorū si sit super.c.flexus tenebarum eius respiciet ver/ sus occidentem ad punctum.d. Si vō latitudinē habuerit in aliquo tempo/ rum:vt si in principio eclypsis vel more sit in latitudine septentrionali:puta in.f.slectent tenebre eius versus punctum.k.in partem orientalem meridio/ nalem sīm quantitatēm.b.a.f.anguli ex premissa noti. Sed si sit in latitudi/ ne meridiana : puta in.l.slectent tenebre eius versus.o.ad partē orientalem
septētrionale. Et 2tra:si in fine eclypsis vel more fuerit in latitudine septen/ trionali:puta in.m.slectentur tenebre versus.n.ad partem occidentalem me/ ridionalē. Et si sit in latitudine meridiana : puta in.g.slectent tenebre v̄sus
b.ad partē occidentalē septentrionalem sīm quātūtes angulo:ū ex premis/ sa repertorum. Similiter intellige in eclypsi solari: nisi ḡ loco vmbre sole
accipias: et flexum tenebarum intellige opposito modo fieri. Nam in p:in/ cipio eclypsis: si sit luna super.b.flexus tenebarum solis erit versus occiden/ tem. Et in fine: si sit luna prope.c.flexus tenebarum solis erit versus orien/ tem. Hecit itaqz Ptolemeus quantitates horum angulorum ad p:incipia et
fines eclypsium solarium: vt p:edictum est. Item ad p:incipia et fines luna/ rium: et p:incipia et fines morarum.

Propositio xxx.

unctū horizontis quod flexus tenebarū respicit
cerius diffinire.

PSit horizon.n.o.p.q. N. quidem punctus occidentis equi/ noctialis.o vō orientis.p.meridiani.q.septentrionalis.mede/ tas eclyptice supra horizontem.d.b.a.c.D.punctus quidē oc/ cidents: et.c.oriens.d.asit et.c.dati erunt ex tempore dato ex pre/ missis in secundo lib:o:etiam arcus.o.c.et.n.d.equales noti ex eisdem fient.
Sit etiam.a.centrum solis aut vmbre.f.vō centrum lune.latitudo lune.f.b.
circulus magnus transiens per duo centra sit.l.f.a.b.propositorum est reperi/ re arcum.o.b.suū sibi equalēm.n.l.Sit polus horizontis.t.a quo quarta cir/ culi descendens per.a.sit.t.a.m. et portio super.l.k.a.b.perp̄icularis sit.t.k.
et cōtinuata ad horizontem fiat.k.t.g.Qvia trigoni sphericalis.f.a.b.duo la/ tera.f.b.et.f.a. et angulus.b.rectus nota sunt:igif angulus.f.a.b.notus.An/ gulus aut.t.a.c.p:opter punctum.a.notum: et tempus datum ex.45.secundi
notus erit.quare residuus.t.a.b.notus.quare etiā angulus.t.a.k.notus fiet.
Trianguli itaqz.t.a.k.duo anguli.a.ct.k.noti: et latus.t.a.notum ex.45.sec/ undi.igitur et.t.k.notum. Sed.g.t.est quarta arcus:ergo.g.t.k.scz quanti/ tas anguli.g.b.k.notus. Ideo trianguli.a.b.m.angulus.b.notus.Sed et.a
m.notum:qua complementū.t.a. et angulus.b.a.m.notus:qua equalis an/ gulo.t.a.k.quare arcus.b.m.notus fiet. Sed etiā in triangulo.c.a.m.latus
c.a.notum. et angulus.m.rectus. et angulus.m.a.c.notus:qua equalis.t.a.b
q̄re latus.m.c.notum fiet. Sed iam notus fuit.b.m.cōstatibit igif arcus.c.b.
Ex prima aut secundi libri notus est.o.c.q̄re arcus.o.b.notus:qui querebat.

Explicit Liber Sextus Epitomatis

Sequitur Septimus.